Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187694-p0001-3

XIII, 20. 3,694

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187694-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187694-p0003-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187694-p0004-0

III. 693.

ΛΟΥΘΗΡΟΣ,
ἤτοι

ΑΠΛΗ ΕΚΘΕΣΙΣ ΤΟΥΤΕ ΒΙΟΥ, ΚΑΙ ΤΗΣ ΚΑΤΗΧΗΤΙΚΗΣ ΔΙΔΑΧΗΣ ΤΟΥ ΛΟΥΘΗΡΟΥ:

σὺν τοῖς πλείστοις τῶν αὐτοῦ ἀγώνων, τῶν ὑπὲρ τῆς εὐαγγελικῆς ἀληθείας: ἑξαμέτροις ἑλληνικοῖς διὰ δύω βιβλίοιν ἐξηρτισμένη: καὶ λατινιστὶ κατὰ λέξιν, ὡς φασίν, εἰς τὴν πρόχειρον χρῆσιν τῶν εὐσεβῶν τε καὶ φιλελλήνων παίδων μεταφρασθεῖσα:

ὑπὸ

ΛΑΡΕΝΤΙΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΟΜΑΝΟΥ.

LVTHERVS,
ſiue

EXPOSITIO SIMPLEX VITAE, DOCTRINAE CATECHETICAE, ET CERTAMINVM

Lutheri: carmine Græco heroico expoſita, & interpretatione Latina, quam ad verbum vocant, in gratiam piæ iuuentutis reddita, libris duobus.

Autore

M. LAVRENTIO RHODOMANNO: In inclyta Lunæburga Scholæ ad D. Michaëlem Rectore.

M. D. LXXIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187694-p0005-6

x

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

MAGNIFICIS ET ORNATISS.

VIRIS, PRVDENTIA, VIRTVTE, ERVDITIONE, PIETATE, AC MERITIS IN REMPVB. CLA-

riſſ. Dominis Conſulibus ac Senatoribus inclytæ ciuitatis Lunæburgenſis, Dominis ſuis ac patronis debita obſeruantia colendiſſ.

M. LAVRENTIVS RHODOMANNVS S. P. D.

SI vacat à grauibus paulùm ſubducere curis
Perpetuò vigiles in commoda publica mentes,
Has adhibete meis (modò ni nimis ardua poſcam)
Verſibus, Aonio quos vix è vertice natæ
Imbuit humor aquæ, vatũ quo corda madeſcũt:
Veſtraque nunc noſtris poſtponite ſeria ludis,
O patres patriæ, rerum quîs maximus autor
Mitia Phœbeæ moderamina tradidit vrbis:
Vt ſit conſilijs felix Reſpub. veſtris,
Iuſtitiæ, veræque tuens pietatis honorem,
Ingenuasque colens ſtudijs feruentibus artes:
Omnigeni vnde boni ſe copia fundit in orbem.

Ergo age legiferi venerabilis ordo ſenatus
Huc ades, & nulli quos ſubtrahis æqua petenti,
Quamlibet indignis vultus ne ſubtrahe cœptis.

Commemoratio excellentium Dei beneficiorum, quæ in Germanos collocauit.

Alma Dei bonitas, à qua ceu fonte perenni
Omnis vena boni genus in mortale redundat,
Reſpiciens noſtras clementi numine terras,
Deſuper effudit largiſsima munera tandem,
Quando ruinoſi labuntur tempora mundi
Vltima, præcipitemq́; minantur ſingula caſum.
Et nos antiquo de ſanguine Teutonis ortos,
Sub Boreæq́; plaga terrarum extrema tenentes:
Quos fera barbaries, ruditas quos indiga cultus,
Fecerat abiectos, & turpi labe notabat
Inflatos inter Gallos, Italosq́ue ſuperbos,
Hiſpanosq́; truces, tandem variantibus aſtris
Præ cunctis alijs, quas circuit orbita ſolis
Gentibus, euexit, quamuis nil tale merentes.
Vt quis de nobis vero iactauerit ore:
O fortunatos nimium, bona ſi ſua norint
Germanos rerum dominos, gnarosq́ue ſalutis.

Virtus bellica.

Principio aſpirans cœleſti numen ab arce
Effecit forti Germanos Marte potentes,
Sufficiens manibus vires, animisq́ue vigorem:
Vt poſsint medios victricia ſigna per hoſtes
Ducere, & inſigni cũ laude referre triumphos.
Nec ſolum patriæ fines tutarier armis,
Sed quoq; in amotas longè protendere terras.

Monarchia.

Hinc decus imperij, quo non præſtantius vllũ
Floret in orbe, dedit ſuperi indulgentia patris,
Ereptum Latio. Rex vt Germanus honore

Aſſyrios

Aſſyrios referat, Perſas, Macedũq; monarchas.
Auſoniosq; Duces, terræ quîs paruit orbis.
Cædat & hanc laudem ſolis (licet inuida) nobis
Roma caput mũdi, ſummũ vt Germãia ſceptrũ
Vendicet vna ſibi, & terris det iura ſubactis,
Quà ſinit is regnis metas qui figere nouit.
Adde quod & tutæ lætiſsima cõmoda pacis — *Pax & eius cõmoda.*
Suppeditat fauor ille Dei. Stãt mœnibus vrbes
Nõ modo præcinctæ, foſsisq;, atq; aggere tutæ,
AEdibus ornatæque ſuis, ſed legibus auctæ — *Reſpub. opt. conſtitutæ.*
Iuridicis etiam, ſed moribus, ordine, cultu
Inſignes: Feruent paſsim commercia rerum,
Feruet agri cultus. Gremio ſua munera pleno — *Cõmercia.*
Fundit amica Ceres. Calathis ſua Bachus onu-
Argentiq;, auriq; ſatis depromit ab imis (ſtis. — *Opes.*
Viſceribus manibus cupidis exercita tellus.
Deniq; nil, vitæ quod poſtulat indigus vſus, — *Aëris tẽperatura.*
Cõmoditatis abeſt. Mites quoq; tẽperat auras,
Viuifico quod nos amplectitur aëre, cœlum.
Et quanti dos illa Dei pendenda fauentis, — *Eruditio: Aetas, linguæ facultates.*
Barbariem noſtris penitus quod abegit ab oris,
Doctrinæque aperit fontes: dum ſuſcitat acres
Ingenijs homines, doctæ qui lumine mentis
Indagant artes, indagatasque nitori
Reſtituunt, tripliceq; graui molimine linguam
Barbariæ è cœno merſam traxiſſe laborant,
Quarum tecta latet ſapientia cortice, quantum
Nunc reliquũ ſinit eſſe Deus mortalibus ægris.
Quantũ quæſo decus, noſtris quod cernimus
Artes AEgypti doctas, Sophiãq; vetuſtæ (oris

Hellados argutam, Latij & florentis honorem?
Mœoniden dicas Boreæ ſpirare ſub axe,
Grandiloquiq; iterũ Muſam reſonare Maronis,
Naſonemque elegis Charites intexere cultis,
Et varia ad Citharam Venuſinum ludere vatem.
Ac veteres redijſſe Sophos à flumine Lethes
Ad ſuperos, arteſque ſuas exponere nobis,
Vnde ſibi clarum peperêre ad ſidera nomen.
Viuit Ariſtoteles iterum, Plato veſcitur auris
AEthereis iterum, Demoſthenis aurea manat
Suada, ciens olim per Achaia regna ſtuporem.
Et Ciceronæi facundia detonat oris,
Teutonidas inter: quorum cultiſsima tellus
Protulit hoc etiam, qui temporis acta notando
Hiſtorico memoranda ſtylo, cũ Cęſare certant,
Et (quod pace viri dicam) concedere nolint,
Quamuis grandiſono, Patauinæ gẽtis alumno.
Pæonis ars floret, Iuris prudentia floret,
Sic vt & ad ſummum cõſcenderit vtraq; culmẽ.
Si quæras igitur priſci tot commoda mundi,
Qualibus AEgyptus, totum celebrata per orbẽ,
Suſtulit alta caput, quantis iactare ſolebat
Se ſapiens, nondum conuerſis, Græcia, fatis,
Et quibus Auſoniæ felicis gloria creuit:
Cuncta ſimul congeſta vides per rura per vrbes
Teutonicas: adeò vſq; fauet ſors dextera nobis.
Qui negat ante alios igitur nos eſſe beatos
Cultores terræ, quos circumplectitur alis
Tethys arenigeris, nimium hic liuore maligno
Marceſcit demens, totoque eſt pectore cæcus,

Doctrinæ repurgatio & tyrannidis Pontificiæ euerſio.

Ingratusque Deo. Sed & his maiora ſuperſunt,
Quæ bona ſi trutines, vix cætera dixeris vmbrã.
Scilicet extrema quod nos ætate benigno
Colluſtrans vultu, veræ documenta ſalutis
Ignaris veri, ſtygioque errore ſepultis,
Falſidici ſub fraude Papæ, demiſit ab alto
Maximus ille parens, cui ſunt mortalia curæ.
Romanumq; lupum, Chriſti qui ſæuus ouile,
Errori inuoluens, Stygias raptabat ad vmbras,
Exitio dedit, & rapto ſpoliauit honore.
Idque per Heroẽm, quo non præſtantior alter
Venit in hanc lucem, miriſque inſignior actis,
Ex quo præcones Chriſti, quos miſit in orbem,
Vt captas fidei traherent in retia gentes,
Curſibus exactis portus adiêre ſupernos.

Narratio de doctrinæ inclinatione.

Hi ſparsêre quidem puriſsima ſemina verbi
AEtherei, veræ quæ gignunt munera vitæ,
Atque eadem liquêre alijs ſpargenda deinceps:
Sed ſenſim ex illo ſe tempore cœpit in agro
Exculto Chriſti lolium, radicibus actis,
Inſerere, & ſanas tritici corrumpere meſſes.
Ingrati ſic Chriſto orbis plectente veternum.
Donec eò ventum eſt, vt totam prodiga terram
Errorum ſeges obruerit, ſtygiumque venenum
Hauſerit, ætherei pro dulci gramine verbi,
Grex Chriſti. Sanctiq; inuaſerit agmen ouilis

Romani Papæ primatus & monarchia.

Fœda lues totum. Nam ſe ſuper extulit omnes
Paſtores hominum Myſtes intra atria Romæ
Luxurians, clauesque ſibi contendit olympi
Commiſſas terræque vni, quo cuncta gubernet

 Arbitrio

Arbitrio ſubiecta ſuo, non ſubditus vlli.
Succeſſor Petri Romanæ in culmine ſedis,
Officiũq; gerens Chriſti in moderamine terræ.
Hinc ſibi non ſolum regni deſumſit habenas
Sceptrigeri, regũq; ſuo pede colla (pudendum)
Libera calcauit: ſed & ipſis ſacra profeſsis
Verba iugũ impoſuit, Chriſti intolerabile mẽ-
Et (fœdũ dictu) diuini oracula flatus, (bris.
Quæ per ſanctiloquos vates, Chriſtique mini-
Protulit è cœlo, priuato exponere ſenſu, (ſtros
Sũmus vt interpres, nullus quẽ tangeret error,
Suſtinuit, tantum elato fiducia creuit.

Papa quo modo doctrinam obſcurarit & corruperit.

Propterea non vlla fuit pars integra ſanctæ
Doctrinæ, tetram cui non aſpergere labem
Auſa foret, ſtygijs, hæc Belua, nata ſub antris.
Nouit enim nemo qua ſit ratione colendum
Simplex in trino, trinũque in ſimplice numen.
Ille Dei proprium ſanctis impendere honorem
Iuſsit, & effuſis venerari vt numina votis.
Quid ſit peccatũ, quid lex, quid concio, Chriſti
Euulgans meritum, ſummi quid gratia patris,
Quæque capeſcendæ via ſit non vana ſalutis:
Quidque ſit in melius (ſceleris ſi pœnitet acti,
Et pietatis amor ſtimulat) mutatio vitæ:
Quid pietas cultusque Dei, quæ grata Tonanti
Sint opera, & duo quẽ pręſtent myſteria fructũ:
Vnde ſit afflictis ſolamen dulce petendum:
Quæ ſint Chriſticolæ fundamina certa cateruę,
Quod caput: æternæ ſtatio quæ denique vitæ:
Auditum nemo, nemo ſibi cognitum habebat.

Vſque

Vſque adeò cæcis inuoluit cuncta tenebris,
Errorum genitrix, Romanæ beſtia ſedis.
Sic vt & ipſa, Dei ſapienti è corde profecta,
Horrendo ſcriptura ſitu demerſa iaceret,
Occulerentque ſacras obſcura ſilentia voces.
Poſſet vt Auſonię meretrix Babylonis in orbem
Plena venenatis inuergere pocula ſuccis,
Et placita incauto ſua tutò obtrudere mundo.
Cuius ab imperio labefactus corruit ille
Triplex ordo Dei, vitam qui continet omnem:
Primus, qui verbis animas cœleſtibus ægras
Sanat, & educit tandem ad conſortia diuûm.
Alter habens gladij, certa ratione gerendi,
Arbitrium, è medio quo noxia cuncta recidat,
Et ſanctæ tueatur opus virtutis honeſtum.
Poſtremus, ſocij qui vinctus fœdere lecti
Procreat, educitque nouos telluris alumnos
Et vitæ procurat opes communis, & auget.

Quomodo tres Dei Hierarchias, Eccleſiã, politiam, coniugiũ, tractarit Papa.

Hos ita conuellit rabidi violentia Papæ,
Vt nihil in toto remaneret corpore ſani.
Pontifices, ſacri neglecto munere verbi,
Venabantur opes, vitæ & pereuntis honores,
Sceptraq;, verſutè Ducibus prærepta, tenebant.
Bellicaq; (heu nunquã feliciter) arma gerebãt.
Aſt proceres, ſummi quos ipſa potentia Regis
Extulit in ſolium, tantoque affecit honore,
Legib. vt regerent homines, pœniſq; domarẽt,
Tunc quid erant aliud, fœdo niſi dedita Papæ
Mancipia, & ſerui? quos nutibus ille premebat
Indignis: adeò vt putridis quoque figere plantis

Oſcula (proh quid nõ effræna licentia patrat?)
Et petere à ſeſe iura, atque inſignia regni,
Cogeret inuitos: potiorem Cæſare tanto
Se iactans, quantum cedit ſoror aurea Phœbo,
Ex fratris proprium radijs ſortita nitorem.
Coniugium verò, primum quod ſanxit in horto
Ante, Deus, quiſquã quã conditus ordo fuiſſet,
Sic proſtrauit humi, fœdoq; in puluere merſit,
Scortorum vt licito thalami præferret amori
Amplexus, Veneriſq; nefas, quod merſa penni
Exitio luit, & fumo deplorat in æuum, (rha.
Fœta malis Sodome, & ſcelerũ ſentina Gomor-
Quin etiã aſſeruit (fremitus en Dęmonis audis)
Nemo quod in caſto degens cũ compare lecto
Acceptus viuat ſuperis, cœloq́ue fruatur.
Propterea edixit cunctis qui ſacra colebant,
Vt pia ceu tetram fugerent connubia peſtem.
Hinc igitur vitijs ſubmerſa eſt terra nefandis,
Oĩa plena nothis loca erant, plena oĩa ſcortis,
Et mœchis, & quę refugit ſol mõſtra, Cynœdis.
Sic decus oẽ ſimul cœli ſpoliauit & orbis, (ſtis.
Progenies Satanæ, Chriſti, Papa, maximus ho-
Vlla nec in terris pietas, nec manſit honeſtas.
Deus Lutherum excitat. Iãq; cateruatim ſtygij Phlegethõtis ad amnes
Præcipitant animæ, ſic vt capere amplius illas,
Quamuis lata ſatis, non poſſet regia Ditis.
Placatos ideò terris aduertere vultus
Cœpit Olympiacæ Rector qui præſidet arci:
Præcipuè verò noſtram miſeratus ab alto eſt
Ante alios gentem, latis Germania campis

Quã fouet. Hæc etenim præ cũctis gentibus or-
Fraude fuit deluſa, Papæq; tyrãnide preſſa. (bis
Hanc tandem cupiens in claram attollere lucẽ,
Errorum è tenebris, ſtygiæ & caligine mortis,
Gratia fida Dei, longos miſerata labores:
Excitat Heroem diuini flaminis aura
Eximium, poſtrema parem cui ſæcula, ne dum
Maiorem, agnoſcunt nullũ, laus tanta Lutheri:
Hunc igitur, magnos vt poſſet obire labores, *Dona Lutheri.*
Egregiè inſtruxit ſancti ſpiraminis armis.
Namque ſui fecit myſteria cognita verbi,
Infuditq; fidem, totum quę ſpernere mundum,
Præſidioque Dei totò confidere poſſet,
Innitẽs Chriſti merito, quod prændere oportet
Omnes, qui iuſti fieri ſaluiq; laborant.
Indidit & zelũ, quantũ indidit ante Prophetis,
Electiſque Dei famulis, vt fortiter hoſtes
Tendere in aduerſos, & eos perrumpere poſſet,
Atque ſalutari quæ ſunt contraria vero,
Et ſanctæ pietatis opus remorantur, & obſtant
Virtuti, audaci mentis conuellere nixu.
Eloquijque dedit vires, quo fulmine linguæ
Aduerſos fidei grauiter contunderet hoſtes,
Clangentiq; tuba totũ reſonaret in orbẽ (bũ:
Saluificũ, vincẽs Satanæ horrida murmura, ver-
Tã calamo, q̃ voce potẽs, fandi optimus autor.
Doctrina excultum varia quoq; pectus habe-
Multis præterea virtutibus extulit illum (bat.
Cœlipotens, memoranda alio quæ carmine re-
Vt foret exemplar veræ pietatis, & inſtar (ſtãt.

Synceræ fidei, toti fax præuia mundo.
Quidque opus ambagũ nexu? fuit organon almi
Flaminis electum, diuino robore fultũ,
Ereptam mundo voluit quo reddere lucem.
Euerſio Papæ. Hic igitur talis, tantusque, vt venerat hora,
Qua Deus amiſſam voluit reparare ſalutem,
Excitus nimijs Romanæ fraudibus Aulæ,
Prodijt, & ſancti telum penetrabile verbi
Strinxit in oppoſitos cœptis audacibus hoſtes,
Solus & innumeros, ſed nõ ſine numine Diuũ,
Suſtinuit, diræ minitantes vulnera mortis.
Et tandem verbi gladio cœleſtis acuto
Deiecit ſolio, præciſo gutture, Papam,
Afflixitque ſolo. Nec iam amplius ille reſurget,
Quantumuis conãs fruſtra ſe attollere in auras,
Decuſſaque caput truncum redimire corona.
Sed iacet vt mutilus coluber, quẽ forte viator,
Horrida lethiferæ minitantem vulnera linguæ,
Percuſsit baculo, & caput à ceruice reuellit.
Viuit adhuc truncus, ſeſeque in puluere verſat,
Et vario flectit ſinuoſa volumine terga,
Abſciſſas capiti nitens coniungere partes.
Semianimis ſic ille iacet, viresque priores
Affectat fruſtra, totique eſt fabula mundo,
Diuina cæſus validi virtute Lutheri.
Qui decus aſſeruit Chriſto, quod perditus ille
Abſtulerat, Chriſtique greges in tuta reduxit
Doctrinæ repurgatio. Paſcua, ab hoc mõſtro noſtros dũ liberat agros.
Reddidit & lucem terris, tenebrasque remouit,
Splendidus Eoum reſerans vt Lucifer ortum,

Noctur-

Nocturnasq́; fugans radijs fulgentib. vmbras.
Singula vt accipiant verum detecta colorem.
Sic & luciferi doctrina exorta Lutheri
Detexit falſi tenebras, Verique nitorem.
Vt nunc æternæ genitrix, doctrina, ſalutis,
Natiuæ teneat decus integritatis, & omnes
Synceras habeat partes, renouante Luthero.
Qualis erat, veræ cum dogmata prima ſalutis
Diſcipuli ferrent Chriſti per climata terræ.
Lutherus docuit nulli tunc cognita, quæ ſint *Summa*
Crimina vera, Dei iuſtam iritantia bilem. *doctrinæ*
Scilicet æternæ, quæ ſunt contraria legi, *Lutheri.*
Non quæ Papa ſuis fingit contraria iuſsis.
Hic vera oſtendit quæ ſit conuerſio vitæ:
Deflere ex animo patratæ crimina culpæ,
Spemq́;, fidemq́; ſuã crucifixi in vulnera Chriſti
Figere, & amplecti veniam, quam porrigit vltrò
Cœleſtis genitor, nati largitus amore,
Et ſcelus exoſam pietati impendere vitam.
Hic benè mõſtrauit quo, lex, diſcrimine diſtẽt,
Atque Euangelium: nobis quid gratia præſtet
Alma Dei, quo iuſtitiæ, vitæque beatæ
Accipiamus opes pacto: ſi credimus omnem
Donari nobis culpam, bonitate parentis
AEterni, propter meritum præſtabile Chriſti,
Abſq; omni reſpectu operũ: quæ deinde neceſſe (eſt,
Vt fructus fidei iuſtorum excreſcere vita.
Ille ſacramentis vanos abſterſit abuſus:
Et veræ pietatis iter patefecit, & omnes
Damnauit cultus, quos non vox cœlica ſancit:
Quosq́;

Quoſq́; Deus cultus amet, & quæ vota requirat
Expreſsit clarè, ritusq́ue aboleuit inanes.
Et conſternatis ſolatia cordibus apta
Promſit, ab æthereo, qđ ſanat pectora, verbo.
Et caput indicijs nobis oſtendit apertis,
A quo ſolo, omnes. Eccleſia, ſparſa per oras,
Pendet, in arboreo ſuſpenſum ſtipite Chriſtum,
Non Papam, Chriſti ſibi qui furatur honorem.
Omniaq́ue explicuit dextrè quę tradidit ipſe
Veraci Deus ore, mali ſed inertia Papæ,
Et fraus corrupit, tenebris vel condidit atris.
Quæ nunc prętereo, ne vos mora longa fatiget,
Prolixeq́ue alibi nobis cantata leguntur. (be

Triū Dei Hierarchiarum inſtauratio.

Deniq; cunctipotens triplex moderamē in or-
Quod Deus inſtituit, tribuens ſua munia cuiq;,
Limite diſtincto malę ſed pietatis & omnis
Ordinis ac legum Papa diſturbauerat hoſtis
Reſtituit veteri, quem demſerat ille, decori.
Salua ſit vt ſacris ſua gloria, ſaluaq́ue regnis,
Saluaq́ue coniugio, ſic propugnante Luthero.

Beneficia Dei per Lutherū collata.

Ergo ſalutiferi quod lux nitidiſsima verbi
Viuificis noſtras radijs effulget in oras,
Diſcuſſa errorum nebula, & lethalibus vmbris:
Quod patet æternæ nobis via certa ſalutis:
Quod pietas redijt, multis emortua ſeclis,
Aſſertumq́; decus thalamis, ſceptrisq́;, ſacrisq́;:
Quod iacet Auſonij labefacta potentia Caci:
Munus id ætherea ſummi teſtamur ab arce
Eſſe miniſterio, diuina operante, Lutheri
Donatum, inuidia rumpantur vt ilia Papæ.

Nos

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187694-p0018-8

Nos aũt, priſci qui Teutonis arua tenemus, *Quid DEO & Luthero debeamus.*
Fas erat ad cœlum promptas attollere mentes,
Aſsidueq́ue Deo meritas perſoluere grates,
Quod nos incultos prius & poſtrema tenentes
Ante alios tantis euexit ad æthera donis,
Cana fatiſcentis mundi cùm voluitur ætas,
Et(qd᷑ p̄cipuum eſt)ſummo inflām̄atus amore,
Tradidit æternæ documenta ſalubria vitæ,
Cœlitus emiſſo,qui nos erroribus actos
Infernis,patrij deduxit ad oſtia cœli,
Voce graui erudiens dociles ſcriptisq́; diſertis.
Cui decet vt grati meritũ præſtemus honorẽ,
Eius inoblito celebrando pectore famam.
Et ſtudijs venerando pijs quæ ſcripta reliquit.
Proſcindant alij diuini nomina vatis. *Calumniæ in Lutherum.*
Vt ſibi qui ſoli tribuat nimis omnia,plauſum
Affectans,& laudis amans,& honoris auarus.
Qui rixas alat,vt videatur cedere nulli.
Qui ſua miretur tantum,ſua venditet,& nil
Comprobet alterius:qui plurima dicat, vt artis
Multijuges oſtentet opes,& mentis acumen.
Efferat ampullas,& ſeſquipedalia verba:
Excedatque modum turgentia multa loquẽdo:
Cenſura qui cuncta ſua moderetur,& ipſe
Subſcribat nulli,rigido pro more Catonis.
Qui velut ardelio varia in molimina rerum
Irruat,& tractet ſibi non commiſſa proteruè:
Plurima profetur tacitæ non conſona menti:
Plurima dicturus,ſi nunc rediuiuus in auris
Degeret æthereis aliter,quàm protulit olim.

Plurima

Plurima fortaſsis, quæ tunc aboleuit, in vſum
Antiquum reuocaret, in hunc ſi ſurgeret orbẽ.
Talia proclament perfricta fronte vel ipſi,
Qui ſe diſcipulos (ſi Dijs placet) eſſe Lutheri
Veridici iactãt, & mẽbra (heu putrida) Chriſti.
Abijciantque libros cœleſti numine plenos:
Pœna obtrectatorum Lutheri. Quos tamen ad pœnam ſupremi vindicis ira
Raptat, & horriſono furiarum verbere cædit:
Magnus in addicto nobis ſit corde Lutherus:
Fidus vt interpres ſcripturæ, & maximus orbis
Elogia Lutheri. Doctor, ad interitũ greſſu properantis anhelo:
Teutoniæ Vates, æternæ nuncius iræ,
Quà Deus ingratũ iam iam peſſundabit orbẽ,
Lætitiæque, pijs quam Chriſtus in axe parauit,
Igne repentino cum machina tota liqueſcet,
Aſſumentque nouam tellusq; polusq; figuram.
Hic, Noa mortiferas terræ qui nunciat vndas,
Lothus, prædicens incendia ſæua Gomorrhæ.
Moſes, educens Phario de carcere Hebræos.
Dira paleſtinis Samſon incommoda portans.
Dauid, Goliathũ ſternens, mala ciuibus arcens.
Thesbites, vaſtans ſacraria fœda Baalis.
Helciades, patriæ Babylonia vincula monſtrãs.
Baptiſtes, Solymæ præcurrens flebile fatum.
Eloquio Paulus, zelo pietatis Elias.
Propterea cuncti pietas quib. aurea cordi eſt,
Quos animæ iuuat amiſſam reparare ſalutem
Non dubitante fide, Chriſti quæ nititur actis,
Sanctiloqui mecum venerentur dulce Lutheri
Nomen, & hoc meritas dicãt ꝓ munere grates
Chriſto,

Chriſto, quod patria iam iã rediturus ab aula,
Dulcia perpetuæ retegat quò ſabbata lucis,
Hunc, velut Eoum ſidus, præmiſit in orbem.
Huius ego Graio deſcripſi carmine vitam
Nuper, vt eximia celeberrimus arte Neander
(Cui refero acceptũ, ſi quos mihi porrigit hau-
Caſtalio de fonte Deus) me viſere cãpos (ſtus
Pierios (ſicut nunquam mihi ſubdere ceſſat
Vrgentes Muſas ſtimulos) & texere iuſsit
Concinnum, pueris nec inutile carmẽ, ad artes
Ingenuas quos raptat amor, Graiasq́; camœnas
Noſſe iubet, terſo prædulciter ore canentes.

Vitæ Lutheri deſcriptæ cauſæ impulſiuæ. NEANDER.

Hũc ego ſpõte ſequor, nõ aſpernãda monẽtẽ.
Sed tamen & ꝓprium ſolers mihi calcar Apollo
Admouet, & quamuis ſicca mihi carmina, vena
Deſtillent, conferre tamen hæc conor ad vſum
Communem, Muſasq́; mea pro parte propago
Argolicas: nec .n. dos hæc mihi tradita ſoli eſt,
Quãtulacũq; Dei, ſed vt hinc accõmoda creſcãt
Lucra alijs, quæ voce iuuem calamoq́; fluente.
Ergo opus aggredior: ſed ne nimis illud in am
Excreſcat, ꝗa materies eſt ampla, volumẽ (plũ
Tantum delibo rerum capita ardua, & arctis
Me ſpacijs teneo, & quantũ queo cõtraho filũ.

Modus.

Infero multa tamen, ſcitu quæ digna videntur,
Præcipuè pueris, quibus hæc res tota dicata eſt.
Non etenim doctis obtrudimus iſta, nec illis
A doctis auerſa gerunt qui pectora Muſis:
Sed docili damus iſta choro. Quẽ noſſe iuuabit
Lutheri curſum, certamina, dicta, labores,

Quibus.

Virtuteſque pias, & quæ documenta reliquit.
Confeßio Auguſtana. Horum exempla rudi fierent vt nota iuuentæ
Inſerui formam fidei, quam Cæſare coram
Germanique choro regni, gens dedita vero
Vindelicæ exhibuit claris in mœnibus vrbis.
Catechiſmi Lutherani conuerſio adiecta. Doctrinæq; elementa ſacræ, cōprænſa libello
Quæ dedit exiguo Doctoris cura Lutheri,
Ad calcem adieci, numeris induta pelaſgis:
Nuper ad Aonios mihi dum concredita fontes
Agmina deduco ſudans, & præuius artem
Monſtro Cecropium quæ nouit fingere carmē.
Nec, reor, abſurdū eſt, ſancti p̄cepta Lutheri,
Argolicis veſtita modis, volitare per orbem,
Dulcibus & numeris diſcentū in pectora labi.
Dedicatio. Hæc me nunc veſtris emittere iuſsit Apollo
Auſpicijs, ſi qua hinc promanēt cōmoda pubi,
O Lunaburgiacæ decora & fulcimina plebis.
Quorum conſilijs adeò hæc Reſpub. floret,
Vt fortunatos inter ſua nomina tollat.
Cauſa impellēs. Namq; pio dudū feruent mihi pectora voto
Inſigni gratam teſtari pignore mentem,
Veſtra quod optatā præbent mihi mœnia ſedē,
Qua mihi tuta quies, qua gnauis ocia Muſis
Suppeditant ſatis apta, meæ qua cōmoda vitæ
Ampla ſatis veniunt, paruo quæ viuere nouit,
Et cōtenta ſua eſt, quā dāt modò numina ſortē.
Hîc ego nunc totum Muſas exerceo luſtrum,
Diſcentes inter pueros, quos mente fideli
Inſtruo, vt ingenuas ſanctis cum moribus artes
Percipiant, recteq; Deum cognoſcere diſcant.

Dum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187694-p0022-0

Dũ mihi formandæ pubis, quæ veſtra frequẽtat
Atria chara Deo, blandas commiſit habenas
Antiſtes Lubeca tuus, tuus inclyta Verda,
Et Lunaburga tuus meritò venerabilis Abbas,
Hollææ virtute domus qui ſtemmata vincit,
Dum veræ pietatis opus, dum promouet artes,
Conſultumque etiam veſtræ cupit eſſe iuuentæ.
Ergo quod hîc ſtatio, vulgo contemta, ſed ipſi
Grata Deo, ſed honeſta mihi, ſed cõmoda vitæ,
Contigit in veſtra, viget & feliciter, vrbe,
Diſperam, gratus ſi non his eſſe laborem,
Quorum tuta ſatis floret mea vita ſub alis.
Mẽte igitur placida Graiã cõplectere Muſam, *Petitio.*
Prudentis ſacer ordo chori, nec deſpice vatem
Quamlibet abiectum, ſed non abiecta canentẽ.
Quid dubitem? vobis ſi grata eſt fama Lutheri,
Quæ certè eſt vobis gratiſsima, nõ quoq; gratũ
Carmẽ erit, grata celebrat quod voce Lutherũ?
Quod ſi veſtra meis adſpirat gratia cœptis, *Pollicitatio.*
Si pia fata dabunt vires, ſi longius æuum,
Ocia ſi ſuperant, laudes iuuat ire per omnes
Lutheri, Graijsque dehinc intexere Muſis,
Quæ mihi ſeruantur multo congeſta labore.
Interea præſens, quãuis breue, munus habete.
Et quanquam tantis videatur id eſſe patronis
Indignum: tamen illa iuuet vos gloria, ſiqua eſt,
Quod nunc Lunburgæ per culta Palatia Graiæ
Cum Latijs etiam Muſæ ſua munera fundant.
Qđ reſtat ſuperũm cupida rogo mẽte patẽtẽ, *Votum.*
Vt quæ nunc veſtram fatis felicibus vrbem

Illuſtrãt decora ampla, velit cumulare benigna,
Et ſeruare, manu: ſeros vt ad vſque nepotes
Hæc quoque perueniant. Vigeat prudẽtia, vera
Relligio vigeat, vigeat doctrina Lutheri,
Quæ ſonat in veſtris hodiè puriſsima templis,
Quæq; beant vrbes vigeant cum legibus artes.
Et quæ nunc fundit largo ſua munera cornu,
Obſtruat haud vnquã largum, pia copia, cornu.
Pax vrbem niueis ſemper circumuolet alis,
Salua ſit vt pietas, vt lex, vt copia vitæ.
Bella procul noſtris, & lis maleſuada faceſſant
Finibus, & quæ nunc, ſceleratæ ob crimina vitę,
Atra lues ſubitæ ſpargit contagia mortis,
Deſinat, & ſæuis intentet funera Turcis.
Denique vos omnes ſaluos, & ſorte fruentes
Felici Pylios Dominus tueatur in annos.

LVNAEBVRGI ex Muſæo noſtro, Nonis Sextil. Natalib. m. 32. Anno ab incarnatione Chriſti M. D. LXXVII.

Expri-

Exprimit hæc formam viuentis imago Lutheri:
Mentem nulla poteſt pingere docta manus.
At quanta fueris pietate, labore, fideq́;
Cernitur è ſcriptis, ſancte Luthere, tuis.



In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra.

Peſtis eram viuus, moriens ero mors tua, Papa.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187694-p0025-7

ΒΙΒΛΙΟΝ Α,

ἐν ᾧ βίος ἁγίου ΛΟΥΘΗΡΟΥ.

Exordiũ ab inuocatione, & laude Lutheri, continẽs propoſitionem & impulſiuas.

Χριστὲ φάος μερόπων, βαθὺς οὓς ζόφος ἀμφικαλύπτει
πλαζομένους ἐνὶ νυκτὶ λιπαυγέϊ τοῦδε βίοιο.
ἐν φρεσὶν ἡμετέρῃσι νοήμονα πυρσὸν ἀνάπτοις
ὀρνυμένου Λούθηρον ὁμηρίδος ἄνθεσι μούσης
στέψαι, σὸν θεράποντα, τεῆς θ' ὑμνήτορα δόξης·
ἀρχὸν θευλογίης νεολαμπέος, ἀστέρα γαίης,
δηρὸν ἀλωομένης ὑπ' ἀπειρέος ἀχλύϊ πάμπαν.
ἀτρεκίης κήρυκα βιαρκέος ἔξοχον ἄλλων·
ἄγγελον ἐσσομένων· Γερμανίδος εὖχος ἀρούρης·
τὸν τρίτον Ἠλίαν· τὸν δεύτερον ἀνδράσι Παῦλον
οὐρανόθεν προφανέντα· τὸ πίστιος ὄμμα φαεινῆς·
καὶ τύπον εὐσεβίης· ἀρετῆς τ' ἴνδαλμα προπάσης·
εὐεπίης πηγὴν· διδαχῆς βυθὸν οὔποτ' ἐφικτὸν·
πιστότατον Χριστοῦ σημάντορα καὶ πρόμον ἀρνῶν.

Propoſitio.

Τοῦ μὲν ἐγὼ βίον ἁγνὸν ἐμοῖς μελέεσι ἀείσω,
θαῦμα βροτοῖς τότ' ἐοῦσι, καὶ ἐρχομένοισιν ὀπίσσω
ἄκρα λόγου μεθέπων· ἑτέροις δὲ τὰ μείζον, ἐάσσω,
ἢ καὶ ἐμοὶ κατόπιν· θεὸς εἰ λιγυρὸν οὖρον ὀπάσσῃ,

Cauſa impulſiua προκαταρκτική: Materiæ dignitas.

καὶ βίον ἀρτεμέοντα· τί φέρτερον ἄλλο τελέσσω
ἢ ἐ τόσσου κλέος ἀνδρὸς ἐν ὀψιγόνοισι λιγαίνειν;
οὐ ῥα μετὰ Χριστοῖο θοῶν κήρυγμα μαθητῶν
φέρτερος εὐσεβέων καθ' ὁμήγυριν οὔτις ὄρωρεν,
οὐδέ τις ὑστατίου μέχρι τέρματος ἔσσετ' ἀρείων.
ἄλλοι μὲν λαῶν ἡγήτορας ἠδὲ μαχητὰς
ἰφθίμους ὑμνοῦσιν, ἐμὴ Λούθηρος ἀοιδὴ,

μύλων

LIBER PRIMVS.

in quo vita S. LVTHERI.

CHriſte lux hominum, quos profunda operit caligo,
Dum in tenebricoſa huius vitæ nocte oberrant,
Accendas quæſo in pectore meo lumen intelligentiæ,
Cùm inſtituo Lutherum Homericæ Muſæ floribus
Coronare, miniſtrum tuum, tuæq́; gloriæ prædicatorem,
Refulgeſcentis Theologiæ principem, ſtellam mundi,
Qui longo tempore in ſæui Papæ caligine errauerat,
Beatificæ veritatis præconem excellentiſſimũ inter omnes alios,
Prænuncium rerum futurarum, Germanicæ telluris gloriam,
Tertium Eliam, alterum Paulum hominibus
Cœlitùs exhibitum, illuſtris fidei oculum,
Et exemplar pietatis, omnisq́; virtutis ſpecimen,
Fontem eloquentiæ, mare doctrinæ nunquam exhauriendum,
Fideliſſimum agnorum Chriſti magiſtrum & propugnatorem.
Huius ſanctam ego vitam carminibus meis celebrabo,
Miraculũ hominib. & tũc viuentib. & poſtea (in lucẽ) venientib.
Narrationis aũt faſtigia tantũ ſequar, & maiora relinquã alijs,
Aut etiam mihi deinceps: ſi ſecundum Deus ventum conceſſerit,
Et vitam incolumem, Quid (enim) aliud præſtabilius peragam,
Quam ſi tanti viri laudes inter poſteros moduler?
Quo poſt velocium Chriſti diſcipulorum præconium
Nemo in Eccleſia piorum præſtantior ortus eſt,
Nemoq́; ad extremum vſq; (mundi) finem melior exiſtet.
Alij ſanè populorum duces & bellatores
Magnanimos celebrant: meum verò carmen Lutherus

φύλων ἡγεμονεὺς νοερῶν, Χριστοῦ πτολεμιστής.

προηγουμένη.

Τοῦ δὴ τοῦ πόθος ὀξὺς ἐμαῖς φρεσὶν ἔμβαλεν ὁρμήν,
ὃν τίω Λουθῆρον ἐν οἰχομένοις περ ἐόντα,
οὕνεκά μοι καὶ πᾶσιν ἐμὴν εὐήνορα πάτρην
τευτονίην ἐφέπουσι, πρὸς αἰθέρα δ᾽ εἶξεν ἀταρπὸν
ἄγνωστον πρὶν ἐοῦσαν, ὅτ᾽ ἄγριος ὕβρισε πάππας.

Conclusio Exordij beneuolentiā captans, & inuocationē repetens.

τοὔνεκ᾽ ἐμοὶ σαίνουσα φίλον νόον ἐλπὶς ἐγείρει,
ἐκ πολέων ὥς που τὶς ἐμὴν προσπτύξετ᾽ ἀοιδήν,
ἐκ θυμοῦ Λουθῆρον ἀεικλυτὸν ἀμφαγαπάζων.
ἀλλά μοι εὐμενέοις θεὸς ἤπιε, τοῦτο πρὸ πάντων·
ὡς κούροις χαρίεντα καὶ ἄρμενον ὕμνον ὑφαίνω.

Narrationis initiū à Chronographia. An. 1483.

ἤδη χίλια κύκλα περιπλομένων ἐνιαυτῶν
καὶ πίσυρας μερόπων γενεὰς ἑκατονταετήρων
ἥλιος ἐξετέλεσσεν, ἄναξ τελεσίχρονος ὡρέων,
λαοσσόον Μαρίης μετ᾽ ἀπειράνδροιο λοχείην·
καὶ τρίτον ὀγδωκοστὸν ὁμῶς, ἀνὰ χείματος ἀρχήν,
εὖτε μολεῖν ἐπὶ νύσσαν ἐὴν ἔτος εὐποδιβαθμῷ·

SAVANOROLA.

ᾧ κλεινῷ Λυκάβαντι, θεοῦ δ᾽ ἐτήτυμον ἠχώ,
μάρτυς, ἀεξιφόνοις ὑπὸ δήεσιν ἀντιχρίστου,
σὺν δ᾽ ἰοσοῖς ἑτάροις ἀμαθύνετο Σαυανορωλᾶς·
θεῖος ἀνήρ, ᾧ πνεῦμα θεοπρόπον ἷζανε θυμῷ
καὶ δάεν ἀνθρώποισιν ἐτήτυμα θέσφατα φαίνειν.

Natiuitas Lutheri, per amplificationē poëticam.

δὴ τότ᾽ ἄναξ, ᾧ πάντα μέλει, πανεπισκόπον ὄμμα
ἔτραπεν αἰνὰ παθοῦσαν ἐπὶ χθόνα τευτονιδάων
πατρώαις τε φρένεσσι μακρὴν ᾤκτειρεν ὀϊζύν·
ἥν σφίσι, καὶ τάχα πᾶσιν, ὅσους φέρε νῶτον ἀρούρης,
πάππα κοιρανέοντος ὑπὲρ θέμιν ὕβρις ἀνῆψεν
μαινομένη δηναιὸν ἐπὶ χρόνον. ἀλλὰ τότ᾽ ἄλκαρ
ὄψιμον ἠπιόθυμος ἐμήδετο κοίρανος εὑρεῖν,
δειναρέτην ἥρωα πιεζομένοισιν ἰάλλων

Ouium rationalium ductor, & Chriſti præliator.
Ad hæc calcar animo meo addidit vehemens amor,
Quo Lutherum quamuis defunctum veneror & colo.
Quia mihi & omnibus, qui patriam meam viris claram
Teutoniam incolunt, ad cœlum ſemitam monſtrauit
Antea ignotam, cùm immanis Papa Tyrannidem exerceret.
Blanda igitur ſpes animum mihi erigit,
Fore, vt ex multis fortè quiſpiam meum carmen amplexetur,
Qui ex animo Lutherum perpetuò celebrem amat.
Sed faueas mihi propitie Deus, hoc præcipuum & optimũ eſt,
Vt pueris commodum & delectabile carmen contexam.
Iam mille circumuertentium annorum orbes,
Et quatuor hominum centum annos attingentium ætates,
Sol, temporis autor & horarum præſes, peregerat,
A ſalutifero intactæ Mariæ partu,
Et ſub initium hyemis, octogeſimus inſuper tertius
Annus ad metam ſuam expedito greſſu venire properabat.
Quo celebri anno propter veram Dei confeſſionem,
Sanguinarijs Antichriſti conſilijs aſſertor (Veritatis)
Sauanorola duobus cum ſocijs cremabatur,
Vir diuinus, in cuius animo propheticus Spiritus reſidebat,
Docens eum vera hominibus oracula pandere.
Tunc Dominus, cui rerũ Vniuerſitas curæ eſt, vultũ quo omnia
Ad terrã Teutonidarũ grauiter afflictã aduertit, (cõtemplatur
Et paterno affectu longæ calamitatis miſertus eſt,
Quam ipſis, & omnibus ferè quos terræ dorſum ferebat
Papæ iniuſtè dominantis inſolentia intulerat
Longo tempore graſſans. Sed tunc remedium
Tandem inuenire benignus Deus ſtudebat,
Præſtanti virtute præditum Heroa mittere deſtinans vexatis

δὴν μάλα Γερμανοῖσι, λυγρῶν ὃς νύκτα κεδάσσας
ψευδέων, ἀτρεκίης τε φωσφόρον ἦμαρ ἀνοίξῃ,
οὐλόμενον πάππαο κακόφρονος οἶμα δαμάζων.
τοὔνεκεν εἰς ἐκάλεσε θεὴν ἐπαρήγονα μόχθων
παιδοκόμου τοκετοῖο, φερέσβιον εἰλείθυιαν·
εἰσλεβίης δ' ἔστειλε πρὸς ἀγλαοβότρυος ἕδρην, (Patria Lutheri Islebia.)
ἑρκυνίης τανύφυλλον ὅπῃ κλέτας ὄλβιον οὖδας
ἐκδέχεται, ζαφόροισι τιταινόμενον πεδίοισιν.
ἔνθα δ' ἀνήρ τις ἔναιε, μεταλλίδος ἴδρις ἐρεύνης, (Parentes Lutheri.)
Λουθῆρος, ταλαεργὸν ἔχων καὶ εὔφρονα θυμόν,
εὐσεβίης στεινῇσιν ἐν ἀτραπιτοῖσιν ὁδεύων·
τοῦ δ' ἄλοχος πινυτὴ καὶ ἐπήρατος ἔνδοθι κόλπων
ἔμπνοον ἄχθος ἔνεικεν, ἑοῦ βλάστημα γάμοιο,
ὥρην δ' ἐκπροκαλεῖτο λεχωΐδα παιδοτόκος μείς.
ἔνθα θεὰ δρήστειρα τελεσσιγόνοιο λοχείης,
χείρεσι μαλθάσσουσ' εὐαντέσι γαστέρα νύμφης,
εἰς τέλος, οἷον ἔολπε γενέθλιον ἤγαγεν ὥραν.
ἐκ δ' ἔθορεν βρέφος ἠΰ, φυὴν μακάρεσσιν ὅμοιον,
χάρμα πατρὸς καὶ μητρός, ἑῆς μέγα πατρίδος ἄστρον,
πῆμα κακοῦ πάππαο, καὶ αὐτοῦ δαίμονος ἄτη.
δὴ τότε ποικιλόκαρπος ἀνεσκιρτήσατο γαῖα,
χάρματι παλλομένη, πολυγηθέος ἕνεκα κούρου.
φασί, καὶ ἐκγελάσαι πολυφεγγέος οἶκον ὀλύμπου,
φαιδροτέρας δ' ἀκτῖνας ἀπ' αἰθέρος ἄστρα προπέμ-
νύμφαι δ' ὠρχήσαντο κατ' οὔρεα καὶ πλαταμῶνας. (ψαι
γοργωποὶ δ' ἀΐδαο κύνες, χθόνα δηλαίνοντες,
χεῖμ' ἑὸν ὀσσόμενοι, στυγερὸν βρύχημα τίταινον.
θεῖοι δ' ὁρμηθέντες ἀφ' ὑψόθεν ἀγγελιῶται
λίκνον ἐκυκλώσαντο, νεογνοῦ παιδὸς ἑταῖροι.
τὸν δ', ἑτέρην ὅτε φοῖβος ἐΰζυγος ἤγαγεν ἠῶ,
λαμπο-

Satis diu Germanis, qui diſpelleret tenebras triſtium
Mendaciorum, & luciferum veritatis diem aperiret,
Exitialem maleuoli Papæ ferociam compeſcens.
Ideò vocauit ad ſe Deam, quæ ſubleuat labores
Felicis partus, Lucinam (nimirum) vitæ principem.
Ablegauitq́ ad ſedes Islebiæ dulcibus botris fœcundæ:
Vbi mons Hercyniæ ſyluoſus regionem beatam,
Campis fertiliſsimis latè porrectam, excipit.
Huius incola erat, vir quidam metallorũ inueſtigandorũ gnarus,
Lutherus (nomine) ſeduloq́ ac induſtrio animo præditus,
Adhæc per arctas pietatis ſemitas incedens.
Huius cordata, & venuſta vxor in vtero
Viuam ferebat ſarcinam ex coniugio ſuo floridè progerminantẽ.
Et iam menſis natalitius horam puerperalem euocabat.
Ibi Dea, quæ maturi partus opus adminiſtrat,
Ventrem puellæ benignis manibus demulcens,
Ad optatum finem naſcendi tempus perduxit.
Editus enim eſt infans adeò generoſus, vt Diuinã indolẽ referret,
Patris & matris lætitia, & ingens ſidus patriæ ſuæ,
Peſtis improbi Papæ, & ipſius Diaboli calamitas.
Tunc alma tellus ſubſilijt,
Gaudio concuſſa, lætifici iſtius pueri gratia.
Fama etiam eſt, lucidi domum Olympi arriſiſſe,
Et ſereniores ab æthere radios ſidera emiſiſſe.
Nymphæ inſuper in montibus, & campis tripudia celebrarunt.
Terribiles verò Plutonis canes, qui terram infeſtant,
Prauidentes tempeſtatem ſuam, horrendum dederunt rugitum,
Diuini autem angeli ex alto delapſi
Cunas circumdederunt, amici pueri recens nati ſtipatores.
Quem, vbi ſol iugo inſigni præſtans, alteram adduxerat diem

Baptiſm9 Lutheri: IIII Idus Nouẽbr.

λαμπομένην φαιδροῖς ἀμαρύγμασιν, ὕδατι σεμνῷ
νίψε λάτρις Χριστοῖο θεοσταγὲς ἀμφὶ λοετρόν,
ὄφρ' εἴη Χριστοῖο φίλοις ἐνάριθμος ἀδελφοῖς.

Nomen.

Μαρτῖνον δ' ἐκάλεσσεν, ἀρήϊος οὕνεκ' ἔμελλεν
ἵστασθ' ἐν Χριστοῖο λογοσθενέεσσιν ἀυταῖς,
Μαρτίνου δὲ τότ' ἦε θεόφρονος ἱερὸν ἦμαρ,
ᾧ μνήμην τελέεσκον ἐτήσιον ἄνδρες ἐκείνου.

Educatio & inſtitutio.

τὸν δ' ἄρ' ἀμωμήτοισιν ἐν ἤθεσιν εὔφρονι θυμῷ
ἔτραφον ἀτάλλοντα πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.
ὡς δὲ φυῆς ὑπέφηνε νοήμονος ἔξοχον ὁρμήν,
ἀνδράσι παιδονόμοις μιν ἐπέτραπον, οἷς πόνος ἐστὶ
μουσέων ἐν θυμέλῃσι νέων κοσμεῖν φρένα παίδων
ἤθεσι καὶ μύθοισι, βίῳ τά γε φέγγος ἔδωκαν.

Islebij. Magdeburgi: An. 1497

πρῶτα μὲν ἦτορ ἔφερβεν ἑῶν κατὰ βάθρα πολιτῶν
γράμμασιν ἀρτιμαθέεσσιν. ἔπειτα δὲ παρθενοπύργου
ἐς πόλιν ἷξε, φίλων ὑποθημοσύνῃσι τοκήων,
ποικίλ' ἀνιχνεύων λογίης μυστήρια τέχνης.

Iſenaci: An. 1498.

ἔνθεν ἐπ' Ἰσενάχου Θουριγγίδος ἔδρανον ἦλθεν,
κοῦρι' ὅπως σοφίης εἰδήμονος ἄνθεα δρέψῃ
πολλὰ παθὼν καὶ πολλὰ μαθὼν ταλασίφρονι θυμῷ,
τλήμονα γάρ οἱ ἔδωκε θεὸς νόον ἐκ νεότητος.

Erphordiæ: An. 1501.

αὐτὰρ ἐπεὶ μέγας ἦεν, ἐείκοσι δ' εἶχ' ἐνιαυτοὺς
πᾶσαν δ' ἰδμοσύνῃσιν ὁμηλικίην ἐκέκαστο,
καὶ λαμπραῖς ἀρετῇσιν ἀκηρασίου βιότοιο,
Ἐρφόρδην ἀφίκανεν, ὅπῃ χορὸς ἔπλετο μουσῶν
ἔξοχος, ὡς οὐκ ἄλλος ἀνὰ χθόνα Τευτονιδάων.

Profectus.

ἔνθα μάλ' ἐμμαπέως, κραδίης μελεδήμονος ὁρμῇ,
τέμνεν ἀπειρεσίης σοφίης βυθόν, ἵκετο δ' ὅρμον
εὐπετέως, ζαθέης γὰρ ἐπέπνεεν οὖρος ἀρωγῆς.
αὐτίκα δ' εὐστέπτοιο σοφῶν ἐπεβήσετο τιμῆς,

Luce clara fulgentem, vnda ſacra (Baptiſmo)
Abluit miniſter Chriſti in lauacro diuino,
Vt & ipſe in numero eorum eſſet, qui chari ſunt Chriſti fratres,
Martini autem ei nomen inditum eſt, quia futurum erat,
Vt tanquã Martius heros in verbipotentibus Chriſti prælijs con-
Et erat tunc ſacra Martini pij dies, (ſiſteret.
Qua homines anniuerſariam illius memoriam recolebant.
Eum deinde bono ſtudio in honeſtis moribus
Adoleſcentem educarunt pater, & mater veneranda.
Et cùm ingenij ſagacis præſtans in eo vis eluceret,
Commendarunt eum viris pueritiæ informandæ gnaris, quibus
In pulpitis Muſarum iuuenum mentes ornare (officiũ incumbit
Moribus & doctrinis, quibus vita illuſtratur.
Initio igitur in patria vrbe cor paſcebat
Primis doctrinarum elementis. Dehinc Magdeburgum
Venit, dilectorum parentum de conſilio,
Varia doctæ artis myſteria indagans.
Inde Iſenacum Thuringiæ oppidum acceßit,
Vt teneros ſolertis doctrinæ flores carperet,
Multa ferens, & multa diſcens æqua mente:
A pueritia enim inde vſque patientem ei animũ indiderat Deus.
Porrò cùm adoleuiſſet, & viginti iam annos haberet,
Omnesq́; ſuos æquales eruditione ſuperaret,
Et conſpicuis integræ vitæ virtutibus,
Erphordiam venit, vbi chorus erat Muſarum
Excellens, vt nullus in Teutonum natione alius.
Ibi gnauißimè, ſtudioſo mentis conatu,
Infinitæ ſcientiæ pelagus emetiebatur, & in portum veniebat
Expeditè, adſpirante nimirum diuini auxilij vento.
Mox etiam ad inſignem doctorum euectus fuit honorem,

Nomen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187694-p0033-1

Artium magiſter creatur: 1505. Sacra Biblia primū legit.

εὔνομα καὶ κλέος ἄκρον ἐν εὐμαθέεσσιν ἀείρας,
ὡς Σχολέων νόμος ἐστί, μαθήμασι κῦδος ἀνάπτειν.
ἐνθάδε πρῶτ' ἐνέκυρσε θεογράπτοις σελίδεσσιν,
ἃς δὴ πνεῦμα χάραξε φίλων ὑπὸ χερσὶ προφητῶν,
ἀνδρῶν θ' οἳ χριστοῖο βροτοῖς κλέος ἠπύσαντο.
γευσάμενος δ' ἠρᾶτο καὶ εἰς κόρον ἄχρις ἐλίσσειν
ὄμμασιν ὀξυφαέσσι, καὶ ἐν φρεσὶν ᾗσι βαλέσθαι
γράμματος οὐρανίοιο σοφὴν καὶ ἐράσμιον ἠχώ,
τόσσος μιν πόθος εἷλε θεοῦ νοοθελγέος αὐδῆς.

Fit Monachus Auguſtinianus.

αὐτὰρ ἐπεὶ νούσων καπυραῖς ὑπετήκετ' ἐρωαῖς,
δαίμων δ' ἀγχιμόροισιν ἐμάστιε θυμὸν ἀνίαις,
λοίγιά οἱ δολεροῖσι κακορραφίῃσι φυτεύων·
διζέμενος κούφισμα μελήδονος ἄρμενον εὑρεῖν,
καὶ θεὸν ἀτρεμίαις ἐν ἐρημοπόλοισι γεραίρειν
πλειοτέραις μελέτῃσιν, ὃ δὴ νόμος ἔσκε Μοναστῶν
κερσεκόμων, οἳ δεσμὸν ἀπηνήναντο γυναικῶν,
οἷο βίων ὑπὸ τάξιν ὁμέστιον ἤλθεν ἀδελφῶν
οἳ θεσμοὺς μεθέπουσι θεόφρονος Αὐγουστίνου.

Exercitia Lutheri monaſtica: 1506.

ἐνθάδ' ἀμείδητον βίον εἵλκυσεν, αὐτὸν ἀτέμβων
εὐχαῖς τε στοναχαῖς τε καὶ ἀγρύπνοισι μερίμναις,
νηστείαις τε, χαλινὰ βιαίῃ γαστρὶ τιθείσαις·
μίσσης τ' ἀντιθέοισι σεβάσμασιν, ὅσσα τ' ἄρ' ἄλλα
μυστιπόλων ἱεροῖσιν ἐν ἕρκεσιν ἔργα πέλοντο.
μύστην γάρ μιν ἔτευξαν ὁμοσκηνοῦντες ἑταῖροι.

Mœror.

καὶ τόσσον ἀψύκτοις ὑπὸ κήδεσιν ἠδὲ καὶ ἔργοις
τρῦχεν ἀκοιμήτοιο βίου χρόος, ὥστε μεριμνῶν
οὐδὲν ἑλὼν ἀνάπαυμα βίου μέθετ' ἐλπίδα πᾶσαν.
καί κεν ἀλωφήτοισιν ὑποκλασθεὶς μελεδώναις

Conſolatio.

οἰκτρὸν ἀμηχανίῃ βαρυκηδεῖ δέξατ' ὄλεθρον,
εἰ μὴ ἀποφθινύθοντα, καὶ εἰς Ἀΐδαο μέλαθρον

Nomen & decus inter eruditos ſummum adeptus,
Vt ſcholarum fert inſtitutum, diſciplinis addere honorem.
Hic primum obtigerunt ei libri ſacræ ſcripturæ,
Quos Spiritus (ſanctus) exculpſit manibus dilectorũ ſibi Prophe- (tarum,
Et virorũ, qui gloriã Chriſti mortalib. diuulgarũt .i. Apoſtolorũ.
Quib. deguſtatis, optabat vt ſibi liceret ad ſacietatẽ vſq; euoluere
Oculis acutis, & in pectore ſuo recondere
Sapientem illum, & amabilem cœleſtis ſcripturæ ſonum.
Tantus eum amor inceſſerat verbi Dei ſuauiter afficientis corda.
Cùm verò ſæua morborum vehementia abſumeretur,
Et Dæmon peſtiferis animum (eius) curis vexaret,
Exitium ei doloſis inſidijs machinans:
Commodum triſtitiæ ſuæ leuamen inuenire expetens,
Et Deum in ſolitaria tranquillitate colere
Maiori ſtudio, qui tunc ritus erat Monachorum
Raſorum, qui coniugium cum vxoribus auerſabantur
In ordinẽ, & contuberniũ ſe cõtulit fratrũ cœlebẽ vitã agentiũ,
Qui regulam obſeruant Diui Auguſtini.
Ibi auſteram traxit vitam, macerans ſe
Precibus, ſuſpirijs, & peruigilibus curis
Ieiunijsq;, quibus frena ventri importuno inijciuntur,
Et impijs Miſſæ cultibus, & quæcunque alia
Religioſis in clauſtris ſacrificorum ſunt opera.
Sacerdotem enim creauerant illũ fratres, quorũ in collegio erat.
Atque adeò inquietis ſtudijs, & exercitijs
Indefeſſi corporis vires exhauſit, vt cùm nullam
Mœroris quietem conciperet, omnem vitæ ſpem abijceret.
Et iugi ſanè fractus anxietate,
Ex deſperatione triſti miſerabile fatum nactus fuiſſet:
Niſi contabeſcentem, & in horrendam Plutonis

φρικτὸν ὀλισθαίνοντα, παρηγορίῃσιν ἔγειρε
λυσιμόροις τὶς ἀδελφὸς, ἔχων ἐπὶ γήραϊ μῆτιν,
ὃς σέλας εὐσεβίης καθαρῆς πολὺ φέρτερον ἄλλων.
ἦ γὰρ ἀποστολικῆς γλυκερὴν ὅγε πίστιος ὀμφὴν
ἐκφαίνων ἐδίδασκεν, ἀκινήτοισι πιθέσθαι
θαρσαλέως στήθεσσι, κακῶν λύσις ὅττι καὶ αὐτῶν
ἀντιάει χριστοῖο δι' ἀλγινόεντας ἀέθλους.
ἔνθεν ἀτάρβητον μετὰ χάρματι θάρσος ἀέξων
ῥωμαῖον τόδ' ἄεισμα θαμειῇ μέλπεν ἰωῇ:
,, εὐδαίμων κακίη, τοίου κύρσασα λυτρωτέω.
καὶ τόδ' ἐμοὶ φανερὸν τεκμήριον, ὅττι καὶ εἰργμῷ
ἐν κρυερῷ Βαβυλῶνος ὀλεθροτόκοιο γένοντο
πολλοὶ εὐφρονέοντες, ἀμύμονι πίστιος αἴγλῃ,
ἀμφὶ δικαιοσύνης, μούνη τὴν πίστις ἐφέλκει.
ἀζυγέων δ' ὅγε μίμνεν ἐν ἕρκεσιν, εἰσόκε φοῖβος
πρῆξε τρεῖς λυκάβαντας ἐν αἰθέρι φέγγος ἑλίσσων
Lutherus Vitebergā, in nouā Academiam vocatur: An. 1508. Λουθῆρος θεόμαντις· ἔπειτα δὲ πέντε λαχόντα
εἰκόσι τ' ἀγλαὰ μέτρα παλιῤῥοθίων ἐνιαυτῶν
λευκορέην ἐκάλεσσαν ἀνὰ πτόλιν, ἔνθα παρ' ἄλβιν
καινὸν ἔγειρε θόασμα ταγὸς κλυτὸς ἐννέα μούσαις,
ὡς κοινῇ σοφίης πυκινόφρονος εἶδαρ ὀπάσσῃ
αἰζηοῖς, βόσκουσιν ἀεξινόοις φρένα μύθοις.
τοῦ γὰρ ἑκὰς κλέος ἷξεν ἀοίδιμον ἄλλοσε γαίης,
εἵνεκ' ἐπιστήμης πολυειδέος, εἵνεκα ῥήτρης,
εἵνεκεν εὐσεβίης τε καὶ ἀκαμάτοιο μενοινῆς.
L. noua ratione Theologiam docet. 1509. ,, ἐνθάδε θευλογίης καινὴν τάχα λαμπάδ' ἄειρεν,
,, ἐκφράζων χαρίεντα θεοῦ λόγον. ἦ γὰρ ἁπάσης
,, ἀτρεκίης πρέσβεια θεουδέϊ νείματο φωνῇ.
,, καὶ βάσανόν μιν ἔδειξε λόγων καὶ κοινὸν ἔλεγχον
,, δόγμασιν ἐν πάντεσσι μόνην, ὃς πάντα σοφιστέων
γράμ-

Domum (iam) ruentem, conſolatione ipſum erexiſſet
Salutari frater quidam cùm ſenio coniunctum habens conſiliū,
Et ſynceræ pietatis lucem præſtantiorem quàm alij.
Namque hic dulcia Apoſtolicæ fidei verba
Explicans docebat eum immoto credere
Confidenter pectore: quod & ipſi peccatorum ſolutio
Offeratur propter acerbam Chriſti paſsionem.
Hinc intrepida fiducia, & lætitia concepta
Romanum hoc carmen crebra voce repetebat,
O beata culpa, quæ talem meruiſti redemptorem.
Et hoc mihi euidens argumentum eſt, quod etiam carcere
Horrendo exitioſæ Babylonis fuerint
Multi, rectè ſentientes ſynceræ fidei luce
De iuſtitia, quam ſola fides apprehendit.
Manſit autem hic in ſeptis Monachorum, donec ſol
In æthere lucem voluens tres annos exegit,
Pius Lutherus. Poſthæc cùm attigiſſet quinque
Et viginti annorum reciprocantium menſuram,
Vitebergam vocatus eſt, vbi prope Albim (uem Muſis:
Inclytus Dux (Saxoniæ Elector) nouam conſtituerat ſedem no-
Vt publicè ſapientis doctrinæ alimenta præberet
Adoleſcentibus, qui ſolertibus mentem doctrinis paſcebant.
Huius enim celebris fama procul etiam in alias terras venerat,
Ob multiplicem eruditionem, ob eloquentiam,
Ob pietatem, & ſtudium indefeſſum.
Hic ſtatim nouam Theologiæ facem extulit,
Enarrans gratiæ plenum, Dei verbum. Siquidem omnis
Veritatis prærogatiuam voci diuinæ tribuit. (nem normam,
Et demonſtrauit eam eſſe Lydium doctrinarū lapidē, & commu-
Ad quā ſolā oīa dogmata examinādā ſint. Cūcta etiā Sophiſtarū

b, γράμματ' ἐρισφαλέων θείαις ὑποκάββαλε δέλτοις.
τοὔνεκα δὴ μέγα θάμβος ὑπήλυθεν ἦτορ ἑκάστου,
ὧν νόος ἄρτιος ἔσκε, σοφοὶ δὲ προΐδμονι θυμῷ
ἄνδρες ἐτεκμήραντο, τάτ' εἰσέτι μοῖρα κάλυψεν,
ὅττι θεηγορίης νεαρὸν τάχα φέγγος ἔμελλεν
ἀμφανέειν λυθῆρος ἀμαλδύνων κλέος ἄλλων.
ἀλλὰ τὸ πᾶν μετόπισθε θεήλατος αἶσα τέλεσσε.

L. Romā legatus mittitur: 1510:

δὴ τότε δ' ἀγλαόμητις, ἑῶν διὰ πρῆξιν ἀδελφῶν,
πρέσβυς ἐπ' αὐσονίων μετέβη πόλιν, ἧχι θοάζει
πάππας ἀντίχριστος, ἔχων κράτος ἐξ ἀΐδαο,
τῶν ῥ' ὅγε δυσσεβίην τε καὶ ἤθεα λυγρὰ νόησεν
αὐτόπτης μιαροῖσιν ἐν ἔργεσι λυσσάδος αὐλῆς,
μαργοσύνην θ' ὕβριν τε χαλιφροσύνην θ' ἱερήων,
ὡς δ' ἴδεν, ὡς ἔφριξε, θεοῦ δ' ὀλοφύρατο ποίμνην.

L. Fit Doctor Theologiæ: 1512.

ὡς δ' ἐπιδὼν ἄρρητα κακώπιδος ἤθεα ῥώμης
λευκορέην πόλιν ἷξε, θεοῦ μετ' ἐνηέϊ πομπῇ,
νόσιμος ἀσκηθής τε, σοφῶν κληῗδας ἔχοντες
μουσέων, ἰχθυόεντι παρ' ἄλβιδι ποιπνυουσέων,
ἄνδρες, ἐπιστήμῃ τε καὶ αἰδοῖ πρῶτα φέροντες,
κυδαλίμῃ στέψαντο θεόσσυτον ἀνέρα τιμῇ,
καί μιν ἐφημίξαντο διδάσκαλον, ὄφρα διδάσκῃ
ἀμφαδὸν ἀψεύστοιο θεοῦ λόγον, ὅς ῥα μύησε
τοίαις μιν τελετῇσιν ἑῶν εἰς ὄργια μύθων.

Studia & exercitia L. Doctoratum & nouā vocationē cōſecuta: 1513.

αὐτὰρ ὅγ', ἣν θεόθεν λάχε τέθμιον, ἄξια κάμνων
κλήσιος, οὐρανίοισιν ἐνιστρωφᾶτο λόγοισι
νωλεμέως, ἠμὲν νύκτα βαθύσκιον ἠδὲ κατ' ἦμαρ
ὀξυωπῷ κραδίῃ μυστήρια θεῖα μεταλλῶν,
ἄλλοις τ' ἐξενέπων, καὶ ἀμοιβαίοις ὀαρισμοῖς
τρίβων, εὐκελάδοις τ' ἀγοραῖς εἰς δῆμον ἰάλλων
ὄμπνιον ἀτρεκέων λογίων πόρον, ᾧ δέ θ' ἑαυτὸν

γυμνά-

Scripta non parum errantium, diuinis libris ſubiecit.
Ideò ſingulorum corda ingens admiratio inuaſit,
Quibus mens ſana erat: ita vt prudenti animo ſagaces,
Homines augurarentur quæ fatum adhuc occultabat,
Quod non ita multò poſt nouam Theologiæ lucem eſſet
Exhibiturus Lutherus, aliorum obſcurans gloriam,
Verùm hoc totum ſors deinceps diuina perfecit.
Eo tēpore propter fratrū ſuorum negociū conſilio inſignis Lutherus
Legatus adijt vrbem Auſoniam, in qua reſidet
Papa Antichriſtus, ab inferis potentiam conſecutus.
Cuius impietatem, & fœdos mores cognouit ipſe
Præſens in pollutis inſanæ aulæ ſeptis.
Ad hoc libidinem, petulantiam, & ſocordiam ſacrificorum,
Vtq; vidit inhorruit, & Eccleſiam Dei deplorauit.
Cùm verò inſpectis impudicæ Romæ moribus
Vitebergam rediſſet, benigna Dei ope reductus,
Saluus & incolumis: doctarum Antiſtites
Muſarum piſcoſum iuxta Albim operantium,
Viri doctrina & autoritate præcellentes
Honorifico hominem à Deo excitatum gradu ornarunt,
Et Doctoris ipſi titulum tribuerunt, vt doceret
Publicè veri Dei ſermonem, qui initiauit
Illum huiuſmodi ritibus ad verbi ſui myſteria.
Ipſe verò dignū ſe gerens, quam legitimè à Deo nactus fuerat,
Vocatione, in verbo cœleſti verſabatur
Continenter tàm nocte vmbroſa, quàm de die,
Acuto corde myſteria diuina perſcrutans,
Alijſq; exponens, & mutuis colloquijs & diſputationibus
Exercens, diſertis etiam concionibus in populum ſpargens
Fœcundum veritatis diuinæ ſemen, Atq; ita ſeipſum

γυμνάζων ἑτάρους τε διωκεκέεσιν ἀέθλοις,
αἰεὶ μᾶλλον ἄεξε νόου πινυτόφρονος ἀκμήν.
τοίην δ' αὖ κρηπῖδα βαθυστρώτοιο θεμέθλου
Fundamentum Theologiæ Lutheri. ἧς διδαχῆς ὑπέρεισε δόμοις, ἀναφανδὸν ἐνίψας
„ ὡς πίστιν χριστοῖο διδασκέμεν ἐστὶν ἀνάγκη
„ καὶ μαθέειν σελίδεσσιν ἐν ἠγαθέῃσι προφητῶν,
„ καὶ θεράπων Σωτῆρος, ὅλην χθόνα γριπευσάντων,
„ οἷα δ' ὄν, οὐ βροτέοις ἐνὶ γράμμασιν, οἷα πέλονται
„ ἀνδρῶν οὓς ὅλου τράφε παιδευτήρια πάππα,
„ ἄλλων θ' οἱ θνητῆς ἔλιπον μνημήια τέχνης.
Tezelius Indulgentias Papales vēdit: 1516. ὡς δ' ἄρα τοῖον ἔπηξε θεμείλιον ἰσόθεος φώς,
τὴν δ' ὑπεξερέβευς Τεζήλιος ἤλθεν ἀλάστωρ,
κύνταλον ἦθος ἔχων σατανᾶ πατρός, ὅς μιν ἔφυσε·
μοιχιδίοις γὰρ ῥέξε γαμοκλόπον ὕβριν ἐρωαῖς,
ἀζυγέων λυγρὸν οἶστρον ἀναιδείῃσιν ἐλέγχων,
λυσικάκους δ' ἀφέσιας φιλοκερδέος ἤγαγε πάππα,
ὠνητὰς χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἱμερόεντος.
Elogia Indulgētiarum Papalium. φόρτον δ' αὖ τοίοισιν ἑὸν κόσμησεν ἐπαίνοις·
„ σταυρὸς ἐμεῦ, ὑπάτοιο φέρων σημήια πάππα,
„ πορφύρεος, χριστοῦ σταυρῷ μένος ἰσοφαρίζει.
„ κηρύσσων ὁσίοιο χαρίσματα τίμια πάππα
„ πλείονας ἐξ ἀΐδαο βροτῶν ψυχὰς ἐσάωσα,
„ ἢ γλυκερὸν χριστοῖο πέτρος κήρυγμα προφαίνων.
„ οὐχ ἑτέρη χάρις ἐστί, δι' ἧς θεὸς ἀνδράσι λυγροῖς
„ ἵλαος ἀντιάει, κακίης τ' ἐπιλήθετ' ἀλιτρῆς,
„ πλὴν ἀφέσεις πάππαο χάριν σώτειραν ἀγούσαι.
„ οὐ χρέος ἀμπλακίαις ἐπ' ἀεικέσι θυμὸν ἀμύσσειν
„ ἄλγεσι καὶ στοναχαῖς, καὶ σώφρονα πρὸς νόον ἐλθεῖν,
„ εἴ τις ἐμὴν ὠνοῖτο χάριν σφρηγῖσι λαβοῦσαν.
„ εὖτε γὰρ ἡμετέρην ἐς λάρνακα χειρὶ βαρείῃ

κέρμα

Et alios adſiduis ſtudijs præparando
Indies magis magiſq; induſtriæ mentis vigorem augebat.
Hanc autem alti fundamenti baſim
Doctrinæ ſuæ ædificio firmiter ſubſtrauit. Apertè enim dixit:
Quòd neceſſe ſit fidem Chriſti docere,
Et diſcere in diuinis monimentis prophetarum
Et miniſtrorū ſeruatoris, qui totū orbem terrarū piſcati fuerant,
(Ex his inquam) ſolùm, non ex ſcriptis humanis, qualia ſunt
Hominum, quos peſtiferi Papæ ſcholæ produxerunt,
Et aliorum, qui mortalis artificij monimenta reliquerunt.
Poſtquam igitur tale fundamentum fixiſſet vir diuinus:
Ecce ex Erebo venit tanquam furia Tezelius, (erat.
Impudentiſsimo ingenio præditus patris ſui Satanæ, à quo ortus
Nefaria enim libidine incitatus adulterium commiſerat
Impudētia ſua ceu argumēto oſtēdens tetrā cœlibū procacitatē:
Is tum relaxatrices auari Papæ indulgentias attulit,
Auro & argento charo venales.
Merces autem ſuas his laudibus ornauit.
Crux mea ſummi Pontificis inſignia ferens
Rubra, Chriſti crucem efficacia æquiparat.
Prædicando ſancti precioſas indulgentias Papæ,
Plures ab inferis hominum animas liberaui,
Quàm Petrus dulce Euangelium Chriſti annuncians.
Non alia eſt gratia, qua Deus impijs hominibus
Reconciliatur, & ſceleratæ culpæ obliuiſcitur
Quàm indulgentiæ Papæ, quibus ſalutifera gratia affertur.
Non neceſſe eſt propter fœda peccata animum conficere
Mœrore, & gemitu, & ad ſanam mentem reuerti.
Si quis beneficiū meū (indulgentiarū) literis cōſignatis incluſum
Quando enim in ærarium noſtrum graui manu (emerit.

„ κέρμα βυθιζόμενον κτύπον ἔνδοθεν ὀξὺν ἰάλλῃ,
„ αὐτίκα πῦρ ἀΐδαο καθάρσιον ἐκπροφυγοῦσα
„ ψυχὴ κυδήεντα πρὸς αἰθέρος οἶκον ἀνέπτη.
„ εἴ τις ἀλεξιμόροιο σαόφρονα μητέρα χριστοῦ
„ παρθενικὴν ᾔσχυνεν, ἐνόσφισε δ' ἄφθορον ἄνθος·
„ ἠὲ καὶ ὁρμαίνει κακὸν ὕστερον ἐργάζεσθαι,
„ πᾶσι βροτοῖς ἄῤῥητον, ὅμως ἀπὸ λῦμα καθῆραι
„ πάμπαν ἐμοὶ σθένος ἐστὶν, ὅτ' ἄρκιον ὦνον ὀπάσσῃ.

L. redarguit impudẽs Tezelij de indulgentijs dogma priuatim.

Ταῦτα μὲν ὡς κελάδησεν ἀναιδήτων ἀπὸ λαιμῶν
σαλπιγκτὴς μυσαροῖο βαρύκτυπος ἀντιχρίστου,
σειρὴν δ' ὡς δολόμητις ὁμιλαδὸν ἔθνεα λαῶν,
χρήμασιν ἐλπομένων βίον οὐρανόφοιτον ἑλέσθαι,
θέλγεν, ἐφελκύζων δολερῆς μειλίγμασι φωνῆς·
δὴ τότε δὴ Λουθῆρος, ἔχων θεοεργέος οἴκου
ζῆλον ἐνὶ πραπίδεσσι, καὶ ὀξέϊ πνεύματος οἴστρῳ
ὀρνύμενος ζαθέοιο, φίλοις παρακέκλετ' ἀδελφοῖς
μὴ πίσιν ψευδέεσσι θεοστυγέεσσιν ἀνάπτειν.
καὶ πολλῆς ἐδίδασκε μεθ' ἡσυχίης τε καὶ αἰδοῦς·
„ ὡς κρεῖσσον πτωχοῖς ἐλεήμονος ἄλκαρ ἀρωγῆς
„ πορσύνειν, χριστοῖο κατ' ἀστυφέλικτον ἐφετμὴν,
„ ἢ κτεάνων πάμπαν σφαλερὴν χάριν ὠνήσασθαι.
„ ὃς στυγέων κακότητα θεόφρονος εἰς ὁδὸν ἔλθῃ
L. officij ſui admonet magiſtratus in ſeditioſos.

οἱ δ' οἱ οὐ πεπίθοντο, νόας γὰρ φράξατο δαίμων·
εἰς δ' ἀρχοὺς πολὺ μᾶλλον ἀάσχετον οἶμα κόρυσσον,
πάντα λεηλασίῃσιν ἀεικέσι δῃόωντες.
τοὔνεκ' ἀνὴρ θεόβουλος, ἀγαλθέα πήματα πάτρης
ἐκτρέψων, γραφίδεσσιν ὀνήσιμα πάντα βοώσαις
θαρσαλέως γεραροῖς παρεκέκλετο ποιμέσι λαῶν,
καῦμα τόδ' ὡς βλέψαν ὁμοζυγέεσσιν ἀρωγαῖς,
κοινὸν ἄρην στήσαντες ὁμιλαδόν, ἀντία κοινῶν
ἐχθρῶν εὐνομίης καὶ πατρίδος ἠδὲ γαλήνης,
„ φάρμακα δ' ὡς πικροῖσιν ἐφ' ἕλκεσι πικρὰ βάλοιντο.

Defendit ſuũ ſcriptum.

καὶ τὰ μὲν ὧδ' ἐπέτελλε· καὶ ὥς τινες αὐτὸν ὀπίσσω
κερτομίοις μωμεῦντο καθαπτόμενοι στομάτεσσιν,
οἷά τιν' αἱμοχαρῆ καὶ ἀμείλικον, ἀντίον ηὔδα
ὥς τάδ' ἄμεμπτα νόησε, κέλευσέ τε χρήσιμα πάτρῃ.
Σκήπτρων οὖν ταμίαι πινυταῖς ἀπέοντος ὁμοκλαῖς,
νυσσόμενοί τε πικρῆς θαμινοῖς βελέεσσιν ἀνάγκης,

δυσπο-

Quæcunq; ſors infauſta improbis illorum manibus obiecerat,
In rapinam, quæ funeſtæ necis conciliatrix eſt.
Imò ipſos etiam Dominos, quibus ipſe Deus hanc dignitatē lar-
Sanguinis & principatus, ſæua morte afficiebant. (gitus eſt,
Cùm igitur inter homines ruricolas primùm excitatæ eſſent
Turbæ, & iam iam cruentam bellonam prouocarent,
Lutherus, incepti tumultus finem proſpiciens,
Ruſticos acriter repræhendit, ſæui eos furoris conuincens
Publicis literis, & à violento propoſito reuocauit,
Affirmans, quod nullus mortalis placidam ſortiatur mortem,
Quicunq; iuramenti & pactorum oblitus ſeditionem mouet
Aduerſus Dominos ſuos, quos ipſe Olympius præſes
In Auguſtum ſolium collocauit, vt legum curam agant:
Sed extrema calamitas ſeditioſis incumbat. (occluſerat:
Illi verò ei non paruerunt, Malus enim genius ipſorum mentes
Sed multò magis feroci impetu in Magiſtratus ferebantur,
Omnia prædationibus indignis infeſtantes.
Ideò vir diuinis conſilijs inſtructus, inſanabilē patriæ ſuæ peſtem
Declinaturus, ſtylo ſuo, nihil non fructuoſum proclamante,
Fidenter reuerendos hominum gubernatores exhortabatur,
Vt coniunctis opibus hoc incendium reſtinguerent,
Communi bello ſuſcepto turmatim, contra communes
Hoſtes honeſtæ diſciplinæ & patriæ & quietis,
Et acerbis hulceribus acerba medicamenta imponerent.
Atq; hæc quidem ſic præcepit. Cùm verò quidā ipſum poſtea
Mordacibus linguis inceſſentes culparent,
Vt qui ſanguinarius & crudelis eſſet: reſpondit.
Se hæc rectè conſideraſſe, & in commodum patriæ edixiſſe.
Quare Sceptrorum præſides, cordata abſentis hortatione,
Et frequentibus amaræ neceſſitatis telis icti,

Principes rebelles Rusticos domant.

δυσπολέμοις ἀγρότῃσιν ἐπέχραον ἄλλυδις ἄλλοις,
ἀτρέστοις πραπίδεσσιν, ἐπισταμένῃσι μάχεσθαι
ὁπλοφόροις τε χέρεσσι, βροτῶν δ᾽ ἀπερείσια φῦλα
ἤμασιν ἐν ὀλίγοισι κακῷ προΐωξαν ὀλέθρῳ,
εἰς ἀΐδην σπεύδοντα δαφοινείοισι καρήνοις,
ὀψὲ δὲ πολλὰ καμόντες, ἐρίστονον οἶδμα κυδοιμῶν
κήλεον, ἠρεμίην τε φέρον πολυτειρέϊ πάτρῃ.

L. vxorē ducit monacham.

Τὸν δὲ κατ᾽ ἠελίου κύκλιον πόρον ἄζυγα νύμφην,
εὐγενὲς ἔρνος ἐοῦσαν ἀριζήλων γενετήρων,
ἀγνογάμων Λουθῆρος ὑπὸ ζυγὸν ἤλασε λέκτρων,
μουνοβίων προλιποῦσαν ἀτερπέα κλεῖθρα γυναικῶν.
ὧδε δ᾽ ἀμωμήτοιο γάμου τύπον αὐτὸν ἔδειξε
πᾶσιν, ἐελδομένοισι γαμήλια φίλτρα κεράσσαι,
καὶ προφυγεῖν μονόκοιτα γαμεχθέος ἔρκεα πάππα.

Sacramētarij à Carolostadio orti: 1526.

ἐκ Καρολοστάδου μανιώδεος αἶψα καὶ ἄλλος
αἰνοτόκος γόνος ὦρτο κακῶν μυστηριολώβων·
ὧν τάχα πεπταμένη ψευδηγόρος ὅσσα κατ᾽ αἶαν
κύντατ᾽ ἀληθείῃ νεοφεγγεῖ λύματ᾽ ἀνῆψεν.
οὐδέ ποθ᾽, οὐδ᾽ ἑτέρων μηλοφθόρα φάρμακα ποίαις
μιξάντων λογίοισι, τόσης ἐπεβήσετο λύμης
πῶϋ θεοῦ λογόθρεπτον, ὅσον δήλημα δέδεκτο
τούτων οὐλομένοις ὑπὸ κέρδεσιν ἠπεροπήων.
Ἦ γὰρ ὁ δεικελόπορθος, ἐπεὶ κακὸν ὦρσε κυδοιμὸν
Λευκορέης ἀνὰ βάθρα, φυλάκτορος οὐ παρεόντος,
φύζαν ἑλὼν δύσφημον, ἀειδέος ἔνδοθι χειῆς
ὥς δάκος ἰοφόρον, σφετέρην ἔκλεψεν ὀπωπήν,
λάθρῃ δ᾽ ἀνθρώποισιν ἀβουλοτέροισιν ὁμίλει,
ἐμφυσῶν κακὸν ἰὸν ὀλεθροτόκων ἀπὸ λαιμῶν.

Carolostadij dogma de cœna Domini.

ἔνθα δὲ δόγμα φύτευσε νεόσπορον, ἀμφὶ τραπέζης
θεσπεσίης· Χριστοῦ γὰρ ἀνήνατο σῶμα παρεῖναι

Infelices ruſticos diuerſis in locis inuaſerunt,
Animis intrepidis, & pugnandi gnaris,
Armigerisq́; manibus, & innumerabiles hominum cateruas,
Paucos intra dies, funeſta nece proſtrauerunt,
Ad inferos cruentis capitibus ruentes.
Et tandem multis laboribus exantlatis, horrendam turbarũ tem
Pacarunt, & pacem afflictæ patriæ reſtituerunt. (peſtatem
Hoc circulari ſolis curſu (anno) cœlibem nympham,
Quæ illuſtrium parentum nobile germen erat,
Sub caſti matrimonij iugum duxit Lutherus,
Iniucunda ſolitariarum mulierum clauſtra deſerentem,
Atq́; ita probati coniugij exemplar ſemet declarauit
Omnibus, matrimoniali amore coire volentibus,
Et profugere ex ſolicubis Papæ ſeptis, qui coniugij oſor eſt.
Ex Caroloſtadio rabioſo ſtatim & alia
Soboles fœta malis prodijt malignorum Sacramentiperdarum,
Quorum mendax fama, ſubitò per orbem terrarum volitans,
Fœdiſsimas reſplendeſcenti veritati ſordes aſperſit.
Nec vnquam, cùm alij peſtifera ouibus venena inter herbas
Verbi diuini miſcuerunt, in tantam deuenit calamitatem
Grex Dei, qui verbo paſcitur, quantum damni accepit
Ab exitioſis horum impoſtorum fraudibus.
Namq́; ſtatuarum ille deſtructor, cùm tetrum excitaſſet tu-
In vrbe Leucorea, cuſtode non præſente, (multum
Fuga arrepta ignominioſa, in caterua obſcura,
Vti venenatus ſerpens, conſpectum ſuum abſcondebat,
Et furtim hominibus cum imprudentioribus colloquebatur,
Ex collo perniciali ſæuum vi us inhalans.
Hic nouum dogma plantauit de menſæ
Sacra. Negabat enim adeſſe Chriſti corpus

καὶ λύθρον, ἀμφ' ἄρτου μυστήριον ἠδὲ κυπέλλου,
ἀτρεκέως, Χριστοῖο δ' ἐν ἀπλάστοις ἐπέεσσιν,
οἷς τόδε δεῖπνον ἔταξεν, ὀνήσιμον οἷς θεράπουσι,
λαβραγορεῖν ἐτάλασσε, τὸ ΤΟΥΤΟ γε δεικτικὸν εἶναι,
ᾧ σωτὴρ ἐπέδειξεν ἑὸν δέμας, ἔνθα παρίζον.
τοῦ δ' ὀλοοῦ τόκος ἀνδρὸς ἐπεὶ πολὺ φέγγος ἵκανεν,
ἀμφοτέραις ἕτεροι ταχ' ὑπαντόμενοι παλάμῃσι
θαλπέμεναι δέξαντο, νέον δὲ οἱ αὐτίκα κόσμον
λαμπρότερον προτέροιο περὶ χροῒ θῆκαν ἀβληχρῷ,
οὐχ ἓν χρῶμα φέροντα καὶ ἰσοφυῆ περ ἐόντα.
Zwinglij error. πρῶτα γὰρ ἑλβετίων δημηγόρος ὀμβριμοχείρων
Κίγκλιος ὀρνύμενος, τὸ θεόφραδες ΕΣΤΙ βιάζει
εἰς τροπικήν τινα χρῆσιν, ἀπηλεγέως ἢ διδάσκει,
ἄρτον ἐν εἰλαπίνῃ ζαθέῃ καὶ νήχυτον οἶνον
σημαίνειν, Χριστοῖο, μόνον, δέμας ἠδὲ καὶ αἷμα.
Oecolampadij opinio. Λαμπάδος οἰκιδίης ἢ φερώνυμος, ὡς φραδίῃσι
κεῖνον ὑπερβαλέων, Χριστοῦ κατὰ δαῖτα σεβαστὴν
πλάσσεν ἔμμεν τυπικόν τε δέμας, τυπικόν τε καὶ αἷμα.
σύμβολα δ' αὖ σαρκός τε καὶ αἵματος οὐ παρεόντος
σωματικῶς Χριστοῦ σῖτόν τε καὶ οἶνον ἔνισπε.
τοῖς δ' ὀπίσω συνάεθλος ὑπέρσοφος ἐς πόνον ἦλ-
ἀντίθεον Καλεβῖνος, ἄγων ἀπερείσιον ἑσμὸν (θεν
κηφήνων, γλυκερῆσιν ὀλέθρια πολλὰ μελίσσαις
μηδομένων Χριστοῖο· λέγει δ' ὅγε, σῶμα νοητὸν
ἠγαθέην κατὰ δαῖτα, τὸ δ' ἢ παρὰ χειρὶ θοάσσον
δεξιτερῇ μεγάλαυχον ἐπουρανίοιο τοκῆος
οὐ δύναται μερόπεσσιν ἐπὶ χθονὸς ἔνθα παρεῖναι,
ἀλλὰ μόνον κατ' ἐνεργὲς ἐδώδιμόν ἐστιν ὄνειαρ.
L. contra Sacramētarios pia aſſertio. τοῖσι δ', ὁμοῦ λαιμοῖο πυριγλώχισι κεραυνοῖς,
καὶ χερὸς εὐφράστοιο λογοσθενέεσσι βελέμνοις

ἀντιόων,

Et ſanguinem in Sacramento panis & poculi (vini)
Reuera, & in ſimplicibus Chriſti verbis,
Quibus cœnam hanc inſtituit, fruendam ſuis cultoribus,
Nugari auſus fuit. Pronomen HOC, oſtenſiuam eſſe,
Quo ſeruator corpus ſuum illic aßidens oſtenderit.
Poſtquam igitur improbi huius viri fœtus in lucem editus fu-
Mox ambabus alij occurrentes manibus (iſſet,
Fouendum exceperunt, & continuò nouum ei ornatum,
Priori nitidiorem, circa infirmum corpus appoſuerunt,
Qui licet vnius naturæ eſſet, non tamen vnum colorem ferebat.
Primò enim pugnacium Heluetiorum concionator
Cinglius exortus, verbum Eſt, à Chriſto prolatum, detorquet
In Tropicum quendam vſum: & perfricta fronte docet,
Panem in ſacra cœna, & fluidum vinum,
Tantùm ſignificare Chriſti corpus & ſanguinem.
Poſtea à Lampade domeſtica cognominatus, quaſi acumine
Illum ſuperaturus, in cœna Chriſti reuerenda (ingenij
Typicum corpus & typicum ſanguinem eſſe fingebat.
Et ſigna carnis ac ſanguinis non præſentis
Corporaliter Chriſti, panem & vinum nominabat.
Ita poſtea ſocium ſe adiunxit nimis ſapiens, in contentione
Impia, Caluinus, ducens infinitum examen
Fuçorum, qui multa in exitium iucundis apibus
Chriſti cogitant. Is autem aſſeuerat, ſpirituale corpus
In cœna ſacra (intelligendum eſſe) quod ad manum ſedens
Dexteram cœleſtis parentis, in maieſtate ſua,
Non poßit hominibus hîc in terra adeſſe:
Sed ſecundum vim efficacē ſuam mandatur, & fructuoſum ſit.
Cum his igneis pariter gutturis ſui fulminibus,
Et verbiualentibus diſertæ manus iaculis,

Occurrens

ἀντιόων, Λουθῆρος ἐμάρνατο, κάρτος ἀέξων
ἄπλετον, οἷον ἔοικε φίλῳ Χριστοῖο μαχητῇ.
βίβλοις δ' εὐγράπτοισι, καὶ εὐκελάδοις ἀγορῇσι,
τοῦτο μάλ' ἀσφαλέως πιςώσατο· κήρυγμον εἶναι
φθέγμα σοφοῦ Χριστοῖο, τὸ σωθεσίῃσιν ἀνῆψεν
ὑστατίαις, ἀρίδηλα καὶ οὐκ ἀπατήλια βάζων.
ψευδέα δ' ἀντιπάλων τελέθειν νόον, ὅνπερ ἰωῆς
ἐκτὸς ἀριζήλης σφαλερῇ πλάσσουσι μενοινῇ.

Colloquium L. cũ Zwinglio & Oecolampadio Marpurgi: 1529.

ὀψὲ δ' ὅπως βαρὺ νεῖκος ὁμόφρονες εὐνήσειαν
ἀλλήλοις πινυτοῖσιν ὁμιλήσαντες ἔπεσσι,
Λουθήρου μέγα κῆρ καὶ Κίγκλιος, ἠδὲ πολύφρων
Οἰκιολαμπάδιος, σὺν εὐφραδέεσσιν ἑταίροις
ἤλυθον εἰς ἕνα χῶρον, ὅπῃ Λανοῖο παρ' ὄχθαις
κεκλιμένον Μαρόπυργον, ἐϋσθενέων ἕδος ἐσσῶν,
μούσαις ἐσθλοδέεσσι περίκλυτον εὖχος ὀπάζει.
ἔνθα δ' ἀμοιβαίοισιν ἐπερρήσαντο λόγοισι
πολλὰ μάλ' ἀλλήλων. Χριστοῦ λόγον εἶχε βέλεμνον
ἰσόθεος Λουθῆρος, ὑφ' ἡγεσίῃσι δ' αὐτοῦ
οὐρανίου τόξευε μάλ' εὔστοχον, ὥς κε ποθεινῆς
ἰθὺν ὁμοφροσύνης βάλλοι σκοπόν, οὐδ' ἀφάμαρτεν.

Aduerſariorũ L. pertinacia.

ἀντιπάλους δ' ἐκόρυσσε βροτῶν λόγος. οἱ δὲ βιαίοις
πυκνὰ μάλ' οὐτάμενοί περ ἀληθείης βελέεσσιν,
ἤθεσιν ἐν προτέροισι πεπηγότα βαθμὸν ἔρειδον,
ἀτρεκίῃ δ' οὐ τυτθὸν ὑπείκαθον ἀμφαδίην περ.

L. aduerſarijs inſanabilibus interitũ prædicit, qui mox ſubſequitur: 1531.

τοὔνεκ' ἐπεὶ θυμῷ λιθοκάρδιον ἦτορ ἀέξον,
ἔργον ἄεργον ἔην, ἔριδος δ' οὐκ ἤντετο μῆχος.
τοῖσι δ' ἄφαρ Λουθῆρος ἔχων δεδαημένον ἦτορ
ἐσσομένων θέσπισεν ἀφύκτου πείρατ' ὀλέθρου,
ἤδη λευγαλέῃσιν ἐφιπταμένου πτερύγεσσι.
καὶ τὰ μὲν ὡς τετέλεστο μετὰ χρόνον, ὡς μεμόρητο,

Occurrens Lutherus depugnabat, confirmatus robore
Ingenti, quale decet charum Chriſti militem.
Ac tum benè ſcriptis libris, tum benè pronunciatis concionibus,
Hoc ſolidiſsimè confirmauit, vera eſſe
Verba (τὸ ῥητὸν) ſapientis Chriſti, quæ adiunxit pacto
Suo vltimo, perſpicua & non fallacia dicens.
At ſententiam (διάνοιαν) aduerſariorum falſam eſſe, quam
Præter clariſsima, dubia mente affingunt. (verba

Tandem, quò graue hoc diſsidium vnanimi conſenſu compo-
Doctis ſermonibus inter ſe conferentes, (nerent,
Magnanimus Lutherus, & Cinglius, vnaq; multiſcius
Oecolampadius, cum prudentibus amicis,
In vnum locum conuenerunt, vbi ad ripas Lani
Situm Marpurgum, fortium Heſſorum ſedes,
Celebrem peritis Muſis famam conciliat.

Ibi alterna diſputatione tentarunt
Se mutuo ſacris acriter. Chriſti verbum pro telo habebat
Lutherus diuinus, & ductu Spiritus
Cœleſtis admodum directè iaculabatur, vt optatæ
Concordiæ certum ſcopum attingeret, nec aberrabat.
Aduerſarios autem humana doctrina inſtruebat: qui validis
Veritatis iaculis creberrimè icti quamuis eſſent,
In priſtina (tamen) opinione fixo gradu innitebantur,
Nec in minimo veritati manifeſtæ cedebant.

Propterea, cùm ſaxeum in pectore cor retinerent,
Negocium fruſtra ſuſceptum erat, nec litis remediū occurrebat.
Illis autem repentè Lutherus, cor habens præſcium
Futurorum, ineuitabilis exitij finem prædixit,
Iam iam diris alis aduolantis.

Et hæc ſanè, vt prædeſtinata erant, paulò pòſt euenerunt,

ὣς γὰρ δωδεκάμηνος ἕλιξ τρίτος ἔτρεχε φοίβου,
δὴ τότε μοῖρα, θεοῦ κρυφίην πρήκουσα μήνοιν ἣν,
μαντοσύναις ἐπέθηκε θεοφραδέεσσι τελευτὴν
„ ἀνδρὸς, ὃς οὔτιν' ἄπρηκτον ἀπὸ κραδίης βάλε μῦθον.
ἄμφω γὰρ συνεργοῦ πλαγξήνορε δόγματος ἀρχὼ
οἰκιολαμπάδιον καὶ Κίγκλιον ἔφθασεν ἄτη
πότμου δακρυόεντος· ἵνα φρίξειε καὶ ἄλλος
ἀτρεκίης πρὸς κέντρον ἀναιδέα ταρσὸν ἰάψαι.

Horrendus Carolostadij interitus.

οὐδὲ μὲν ὀξυμόρους Καρολοστάδιος φύγε ποινὰς,
τὸν δὲ γὰρ ἀντιβολῶν κρυερῷ μετὰ φάσματι δαίμων
ἐξαπίνης ἐτάραξε, καὶ ἥρπασεν οὗ χρέος ἦεν.

L. inſidijs petitur à Papa.

ἄχρις δ' οἰκιδίοισι μετ' ἀντιβίοισι παλαίων
ἄκμητος Λουθῆρος, ἑῆς ὑπεράσπισε ποίμνης·
οὐ πάππας λώφησε καὶ ἔθνεα λοίγια πάππα
ἀλλὰ κακορραφίης πάσης ἐπὶ νεῦρα τίτηναν,
ὥς κεν ἐλεγχίστῳ τάχ' ἀπορραίσειαν ὀλέθρῳ
Λουθῆρον θρασύμυθον, ὅπως ἄγος οὐκέτι φερτόν.

Papæ cũ Cæſare conſultatio: 1529.

Κλήμης δ' αὐσονίης ἀκάτου τότε πηδὸν ἐλίσσων,
κέντρα δ' ἀφοινειῆς ἐπάγων τάχα Καίσαρι πειθοῦς.
εὐσεβέων ἤνωγε βίῃ πρόρριζον ὀλέσσαι
ἔθνος ἑοῖς σκήπτροισιν ἐναντίον. αὐτὰρ ὁ πάσης
ἐκτὸς ἀπηνείης, μεθέπων περιῦφρονα βουλὴν,
ἡσυχίοισι λόγοισιν ἐμήδετο νείκεα παύσειν.
τοὔνεκα οἱ συνόδου γεραρῆς ὑπεθήκατο μῆτιν.

Comitia Auguſtana: 1530.

Melãchthon, L. συνεργός.

αὐτὸς δ' εὐγενέων ἀγυρίσσατο σύλλογον ἀρχῶν
αὐγούστης καθ' ἕδεθλα Συηβίδος, ἔνθα καὶ ἄνδρες
ἰδμοσύνῃ προφέροντες ἀολλίζοντο σὺν ἀρχοῖς,
οἷς ἐνὶ πρῶτα κόμιζε λόγοις πινυτῇ τε Μελάγχθων
λάμπων εὐμαθέεσσι μετ' ἀνδράσιν, ὡς ἐν ὀλύμπῳ
ἕσπερος εὐφαέεσσι μετ' ἀστράσι, νυκτὸς ὑπ' ἀρχήν.

Cùm enim tertius Solis orbis (annus) quem XII. menſes abſol-
Tunc ſors, occultã Dei voluntatẽ exequens, (uunt, in curſu eſſet,
Finem impoſuit diuino oraculo
Viri, qui nullum verbum inefficax è corde emiſit.
Ambos enim hominum ſeductores, & abominandi dogmatis au-
Oecolampadium & Cingliũ, occupauit calamitas (tores,
Mortis lachrymoſæ: vt exhorreſcat & aliis
Aduerſus ſtimulum veritatis calcẽ temerariam ſauciare.
At nec Caroloſtadius ſubitæ mortis pœnam effugit.
Hunc enim Diabolus, horrendi ſpectri forma apparens,
Derepente conſternauit, & abripuit quo neceſſum erat.
Interim dum hoſtibus cum domeſticis luctans
Indefeſſus Lutherus gregem ſuum defendit,
Papa non quieuit, & peſtifera Papæ turba,
Sed omnium inſidiarum neruos intenderunt,
Vt ignominioſa mox nece abolerent
Fortiloquum Lutherum, ceu piaculum non amplius tolerandũ.
Clemens itaq; Romanæ tunc nauiculæ gubernaculum ver-
Sine mora admouens Cæſari ſuadæ cruentæ calcaria, (ſans,
Radicitus perdere vi iubebat piorum
Gentem ſuæ poteſtati contrariam. Verùm ille, omnem
Extra crudelitatem, mitia conſilia tractans,
Placida collocutione controuerſias dirimere cogitabat.
Ideò conſilium de Synodo reuerenda ei ſubiecit,
Ipſe verò generoſorum principum comitia inſtituit
In vrbe Auguſtæ Sueuicæ: quo etiam viri
Scientia præſtantes cum principibus frequentes venerunt,
Inter quos primas ferebat eloquentia & prudentia Melanchthõ,
Splendens inter doctos homines, vt in cœlo
Inter lucidas ſtellas veſper, ſub principium noctis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187694-p0085-0

τὸν Λουθῆρος ἔπεμψε, καὶ αἴσιμα πάντ' ἐπέτελλε,
Μωσῆς ὡς ἀαρῶνα μελίθροον, ὄφρ' ἀπεόντος
ἀγγείλῃ νόον ἐσθλὸν ἐφαρμοδίοις ἐπέεσσι.

L. Coburgi.

κεῖνον δ' αὖ μεσσηγὺ δόμος Κωπυργίδος ἄκρης
Φραγκῶν ἐν περάτεσσι λελειμμένον ἄμφεχε σιγῇ.
ἐνθάδ' ὁμῶς εὐχῇσι παρηγορίαις τε συνεργῶν
χρήσιμος ἦν ἑτάροισιν ἀεθλεύουσιν ἄπωθεν.
„ καὶ γὰρ καρτερὸς ἦεν ὁμῶς βουλῇσι καὶ εὐχαῖς
„ λισσόμενος δ' ἄλλοισι καὶ ἄρμενα μήδεα πέμπων
„ οὖρος ἔην κατὰ λαῖτμα πρὸς ᾐόνα νῆα διώκων.

Ordines Lutherani Auguſtanæ cõfeſſionis ſuæ formulã exhibent.

αὐτὰρ ἐπεί ῥα Λύκοιο κατ' ἀγχιρόου πτολίεθρον
ἡγεμόνων λαμπρῷ ποτὶ Καίσαρι φαίδιμον ἄνθος
ἠγέρθη, πνεῖον σοφίης καὶ κάρτεος ὀσμήν·
δὴ τότε σημαντῆρες, ὅσοις νόος ἄπλανος ἦεν,
ἀτρεκίης μεθέπων καθαρὴν τρίβον ὀψὲ φανείσης,
Τευτονικοῦ ζαθέῃσιν ὑπὸ φραδῇσι προφήτου,
γραπτὸν ἑῆς διδαχῆς καὶ πίστιος ἀμφαδ' ἰδέσθαι
παυροεπεῖ στήσαντο βίβλῳ τύπον, ἐκ δ' ἔτ' ἔεργον
ἔθνος ἀειπλανέων σκολιὸν μυστηριολωβῶν.
τὴν δὲ σοφαῖς τέκτηνε μετ' ἐννεπίῃσι Μελάγχθων
Λουθήρῳ δ' ὑπέδεξεν ἑῶν κοσμήτορι μόχθων.
τὴν δ' ἄρ' ἐπεὶ πυκινῶς σταθμήσατο θέσκελος ἀνὴρ
πνεύματος ἰθυτενέεσιν ἐπ' ἀψευστοῖο ταλάντοις·

Capita Auguſtanæ cõfeſſionis.

συμβουλῇ παρέδωκαν ὅλῃ Ῥωμηΐδος ἀρχῆς.
πιστεύειν δ' ἄρα ταῦτα μιῇ φθέγξαντο μενοινῇ,
ὅσσα γε μαρτυρίης αὐγουστίδος ἄκρα πέλονται.

De vnitate eſſentiæ & trinitate perſonarũ Dei.

α. ὥς ῥα μίη φύσις ἐστὶν ἀπειρεσίης θεότητος,
λαμπομένη τρισσοῖσιν ἐν ἰσοφυέσσι προσώποις,
οὐδ' ἑνὸς εἰς ἓν ἰοῦσι, διάγνωσιν περ ἔχουσιν
ἄτμητον, γενετὴρ πανυπέρτατος, ὅς τε λόχευσεν

υἱὸν

Hunc Lutherus (ſuo loco) miſit, & cuncta quæ officiũ require-
Non ſecus ac Moſes Aaronem (legauit) vt abſentis (bat, iniunxit,
Bonam mentem accommodis verbis enunciaret.
Illum verò interim arcis Coburgenſis domus,
In finibus Francorum relictum, tacitè amplectabatur.
Vbi tum precibus tum monitis vnà operando,
Vtilis erat ſocijs, procul inde certamen ſuſtinentibus.
Nam pariter conſilijs & precibus pollens erat,
Alijsq́; orando, & commoda conſilia mittendo,
Erat (quaſi) ſecundus ventus, per fluctus nauem ad littus appel-
Cùm igitur in Lyci, in propinquo fluentis, vrbem (lens.
Conſpicuus Ducum flos, circa inſignem Cæſarem,
Coactus fuiſſet, ſapientiæ & fortitudinis odorem ſpirans:
Tunc principes, quibus mens recta erat,
Puram ſemitam amplexa veritatis, tandem reuelatæ
Diuina Teutonici Prophetæ ſapientia,
Scriptam doctrinæ & fidei ſuæ, apertè conſpiciendam,
Breui libro formam exhibuerunt, & excluſerunt
Prauam Sacramentariorum, perpetuò errori obnoxiorum, tur-
Hanc prudenti Eloquentia confecit Melanchthon, (bam.
Et operum ſuorum gubernatori Luthero oſtendit.
Quàm poſtquam vir diuinus probè examinauit,
In recta Spiritus (ſancti) non fallentis, trutina:
Toti Romani imperij ſenatui eam tradiderunt,
Et hæc ſe fide amplecti vna mente proteſtati ſunt,
Quæ & Auguſtanæ confeßionis capita exiſtunt.
1. Quòd vna videlicet eſt natura ſeu eſſentia infinitæ diuinita-
Lucens in tribus eiuſdem eſſentiæ perſonis: (tis,
Quæ ex vno in vnum coëunt, quamuis diſcretionem habeant
Indiuiſam. Pater ſupremus, qui genuit

υἱὸν ὁμοσθενέτην, ὁμοούσιον, εἰκόνα πατρὸς,
ἐξ οὗ ἠγάθεος πεφορημένος ἔρχετ' ἀήτης,
εἷς θεὸς ἐν τρισσοῖς ἀμαρύγμασιν αὐτοθέοισι.
πνεῦματ' ἄσαρκον ἐὼν, καὶ κτίσμασιν οὐδὲν ὅμοιος,
νόσφιν ὅροιο σοφὸς, καὶ καρτερὸς ἄνδιχα μέτρου,
ἄκρον ἐλευθερίης φορέων, ὁσίης τε καὶ οἴκτου
ἠδ' εὐεργεσίης. ἁγνὸς καὶ ἐτήτυμος αἰεὶ,
ἄχρονος, οὐκ ἀρχὴν εἰδὼς οὐ τέρμα λελογχώς.

De filij Dei incarnatione ac beneficijs.

β. ὡς δὲ μέση θεότητος ὑπόστασις, υἱὸς ἀμήτωρ
μουνογενής τε θεοῖο, φυὴν καὶ κάρτος ἐοικὼς
πατρὶ συναϊδίῳ, τριάδος πολυθαμβέϊ βουλῇ
εὐσεβέων ἱερεύς τε καὶ ἔμπεδος ἀρχὸς ἐτάχθη.
ὅς τε χολωσαμένοιο θεοῦ, μερόπων τε πεσόντων
εἰς κακίην καὶ ὄλεθρον ἀναλθέα, μεσσάτος ἔστη,
παῦσε δὲ λοίγιον ἔχθος, ἀρέσσατο δ' οὗ πατρὸς ὀργὴν,
ὕβριν ὑποσχόμενος τίσειν καὶ ὀφέλσιμα ῥέξειν,
γεινόμενος θύος ἁγνὸν ἀλιτροφυῶν ὑπὲρ ἀνδρῶν,
ὡς δ' οὖν τέρμα χρόνοιο φερέσβιον ἤνυσαν ὧραι,
παρθενικῆς ὑπὸ γαστρὶ μινυνθαδίων φύσιν ἀνδρῶν
ἕσσατο, καὶ λάβε σῶμα βροτήϊον ἐκτόθι λώβης,
διχθαδίας δὲ φύσεις περ ἔχων, μόνον ἐστὶ πρόσωπον,
εἷς Χριστὸς τέλεός τε θεὸς τέλεός τε καὶ ἀνὴρ,
οὔτε λύσιν φυσέοιν δεδαὼς οὔτ' ἔμπαλι μίξιν.
αὐτοφανὴς δ' ἐνὶ σαρκὶ θεὸς μερόπεσσιν ὁμίλει,
φαίνων ἀγνώσσουσι πατρὸς ζωαρκέα βουλήν.
σταυροπαγεῖ δ' ὑπόειξε μόρῳ, καὶ κρύπτετο τύμβῳ,
καὶ μόλεν εἰς ἀΐδαο, τριταῖος δ' ἷξε πρὸς αὐγὴν
νόστιμος ἐκ θανάτοιο καὶ ἐξ ἐρέβευς στονόεντος.
καὶ χρέος ἐκπλήσσας βρότεον βιότῳ τε καὶ οἴτῳ,
ἔργοις ἐνθέσμοισι καὶ οἰκτρομόροις παθέεσσι,

πάντος

Filium eiuſdem potentiæ & eſſentiæ, imaginem Patris:
Ex quibus duobus exiens Spiritus ſanctus procedit.
Vnus Deus in trino lumine, quod reipſa eſt Deus.
Spiritus incorporeus exiſtens, & planè à creaturis diuerſus,
Sine termino ſapiens, & abſq; menſura potens.
Summum libertatis gradum tenens, Sanctitatis etiam & miſe-
Atq; bonitatis, perpetuò caſtus & verax, *(ricordiæ*
Extra omne tempus, nec principium agnoſcens, nec finem habēs.
2. *Quòd media diuinitatis perſona filius, matre carens,*
Et vnigenitus Dei, natura & potentia ſimilis ſeu par
Coæterno patri, admirando Trinitatis conſilio,
Aeternus piorum Pontifex & rex conſtitutus eſt,
Qui inter Deum iratum, & homines lapſos
In peccatum & mortem inſanabilem, medium ſe ſtatuit,
Et inimicitias exitiales ſuſtulit, ſuiq́; parentis iram placauit,
Cū ſpopondiſſet, ſe pro tranſgreßione luiturū pœnas, & ſatiſfa-
Sacra factus hoſtia pro hominibus naturaliter corruptis. (cturū,
Vbi igitur ſalutiferam temporis metam complerant horæ,
In virginis vtero caducorum hominum naturam
Induit, & corpus mortale aſſumſit extra peccatum.
Et licet habeat duas naturas, tamen eſt vna perſona,
Vnus Chriſtus, perfectus Deus & perfectus ſimul homo,
Neq; diuulſionem naturarum, neq; confuſionem vllā agnoſcens.
Verusq́; ac conſpicuus in carne Deus inter homines verſatus eſt,
Beatificam Patris voluntatem ignorantibus reuelans.
Crucifixionisq́; mortem ſuſtinuit, ac ſepulcro abditus eſt.
Hinc deſcendit ad inferos, & tertia die rediȷt ad lucem
Ex morte & Erebo triſti reuerſus,
Ac cùm humanum debitum perſoluiſſet tum vita tum morte,
Factu (puta) legitimis & miſerandæ mortis paßione:

 Semel

παντὸς ἅπαξ ἐκάθηρεν ἀπείριτα λύματα κόσμου.
καὶ μόρον ἐξενάριξεν ἀμείλιχον, ἠδὲ δράκοντος
ἰοφόρον συνέθλασσεν ὑποστυγίοιο κάρηνον,
ζωὴν δ' αὖ πιστοῖσι δικαιοσύνην τε κόμισσε
πᾶσιν ἑῶν διὰ προῖκα λόγων τε πνεύματος ἔργον.
καὶ νῦν αὐτοφόρῳ δυνάμει πρὸς ὄλυμπον ἀερθεὶς,
πατρὸς ἑοῦ στρέφεται παρὰ δεξιῇ αὐτομέδοντος,
πάντα δ' ἀπειρεσίοις ὑπὸ νεύμασι κάρτα βραβεύει.
καὶ πιστῶν ὅλον ἔθνος ἐπουρανίοιο καθαρμοῖς
πνεύματος ἁγνίζει, κάρτος καὶ φέγγος ἰάλλων
εὐφροσύνης, ζωήν τε νέμων καὶ πλοῦτον ὀλύμπου,
ἀντία τ' ἀμπλακίης καὶ δαίμονος ἄλκαρ ὀπάζων.

De pecca to, quo natura corrupta & damna ta eſt an- te regene rationē.

γ. ὡς δ' ἔχις, ἐξ ἀΐδαο κελαινοῦ λάθριος ἕρπων,
κοινὸν ἀλιτροσύνης καὶ ἀδευκέος ἰὸν ὀλέθρου
εἰς φύσιν ἀνδρομέης γενεῆς κατέχευεν ἰάψας,
ἐκ πατρὸς ἀρχεγόνου φυτλὴν εἰς πᾶσαν ἰόντα.
εὖτε δολοῤῥαφίῃσι παρήπαφεν ἄνδρα γενέθλης
ἡμερίης ἀροτῆρα, παραιβασίῃσιν ἀτίζειν
μηλοφάγοις βαρύμυθον ἑοῦ κτιστῆρος ἐφετμήν·
τοὔνεχ' ὅσους ἐλόχευσε γυνὴ, σπερμήνατο δ' ἀνὴρ,
ὡς γενεῆς νόμος ἐστὶ φυσίζοος, ἄμμιγα πάντες,
μητρὸς ἑῆς ἀπὸ γαστρὸς, ἕως ἐπὶ τύμβον ἱκέσθαι,
ἀμπλακίαις ἐμίανθεν, ἑλώρια δ' εἰσὶ μόροιο,
ὀρθοδίκοιο θεοῖο κατὰ κρίσιν, ὃς σφι κορύσσει
μῆνιν ἀταρτηρὴν, ὀλοόφρονος εἵνεκα λώβης,
σμερδαλέαις δ' ἀΐδαο διδοῖ ποινῇσιν ἱμάσσειν,
Ταρταρίου μέλπηθρα πυρῆς ἄλληκτον ἐόντας,
εἰ μὴ σφᾶς νέα τέκνα θεοῦ τεύξῃσιν ἀήτης
ἔνθεος, οἷος ὅῳ μετὰ πίστει θωῦτὰ κάμνων,
ἐργασίῃσι λόγοιο καθαρσιγόνου τε λοετροῦ.

δ. ὡς

Semel infinita totius mundi inquinamenta expurgauit.
Et morti crudeli ſpolia detraxit, atq; ſerpentis
Stygij caput virulentum confregit,
Ac vitam iuſtitiamq; credentibus reportauit
Vniuerſis, per verbi & Spiritus ſui miniſterium gratis.
Atq; nunc propria potentia ad cœlum ſublatus,
Ad dexteram omnipotentis ſui Patris verſatur,
Et omnia immenſo nutu efficaciter adminiſtrat.
Totumq; fidelium cœtum luſtratione cœleſtis
Spiritus ſanctificat, vim & lucem emittens
Conſolationis, vitamq; & opes cœli diſtribuens,
Ac contra peccatum & Diabolum defenſionem præſtans.
3. Quòd vipera, ex inferno clam ſerpens,
Commune peccati & acerbæ mortis venenum
In naturam generis humani ſauciatam effudit:
Quod ex primo parente in totam Proſapiam inuaſit,
Cùm doloſis conſilijs decepit virum nationis
Humanæ procreatorem, vt violaret tranſgreſſione
Maliuora ſeuerum conditoris ſui præceptum.
Propterea quotquot fœmina peperit, & vir ſeminauit,
Vt lex eſt geniture qua natura ſeruatur, promiſcuè omnes
A matris inde ſuæ vtero, donec tumulum ingrediantur,
Peccatis contaminati, & mortis ſunt mancipia.
Pro iuſti Dei iudicio, qui armat in eos
Iram ſuam peſtiferam, propter malignam corruptionem,
Et horrendis eos Plutonis pœnis flagellandos tradit,
Vt æternum tartarei ignis ſint ludibria,
Niſi nouos Dei filios effecerit nos flatus
Diuinus, cum fide, quæ ſola ſaluat, mirabilia operans,
Verbi & lauacri, quo natiuitas prima expiatur, efficacia.

De modo liberationis à peccato & morte.

δ. ὡς δ᾽ οὐδέν τι που ἐστὶν ἀφαυρονόιον σθένος ἀν-
οὐκ ἀρετή, βροτολοιγὸν ἁμαρτάδος ἰὸν ἀμέρσαι, (δρῶν,
καὶ θανάτου κρυόεντος ἀάσχετον οἶμα δαμάσσαι,
μειλίξαι τε θεοῖο μεμηνότος ἄτροπον ὀργήν.
τοὔνεκ᾽ εὔσπλαγχνος γενέτης πεπυρωμένος οἴκτῳ
θερμοτάτοις πρηστῆρσι, καὶ ἀφράστοισιν ἐπειχθεὶς
εὐμενίης κέντροισι, φίλον δ᾽ ὡρμήσατο τέκνον.
ὄφρα δικαιοσύνη, σοφίη θ᾽ ὁσίη τε πέληται
καὶ λύσις ἀνθρώποισι, καὶ ἀμπλακιῶν χρέος αἰνῶν
ἐν σταυρῷ τίσειεν, ἀεικέα πότμον ἀνατλάς,
καὶ θάνατον πέφνῃσι, πύλας δ᾽ ἀΐδου κεραΐξῃ,
ἡμᾶς δ᾽ οὐδὲν ἔχοντας ἐπάξιον ἠδ᾽ ἰσότιμον
προῖκα, χαριζόμενος σφετέρῃ φιλότητι καὶ οἴκτῳ,
ποῦνον εὐψύχου διὰ πίστιος, ἣν ἐπ᾽ ἀέθλῳ
αἱμαλέῳ Χριστοῖο καὶ ἱκεσίῃ τιθέμεσθα,
ἄρθμια τέκνα θεοῖο δίκαιά τε σῶά τε τεύχῃ,
ζωῆς τ᾽ ἀθανάτου πρὸς ἀκήρατον ὄλβον ἀνάξῃ,
καρπὸν ἑῆς ἀνόδου, πολυπενθέος ἐκ θανάτοιο.
„ μούνη γάρ, σωτῆρος ἐφ᾽ αἵματι καὶ λιτανείῃ,
„ πίστις, ἀρηραμένη, ποιεῖ σόον ἠδὲ δίκαιον
„ ἀνέρα, καὶ κακότητος ἀπ᾽ αἴσχεα πάντα καθαίρει.

De ministerio verbi & Sacramentorum, quo Christi beneficia exhibentur.

ε. ὡς δὲ θεὸς χάριτος σφετέρης παμπροίκιον ὄλβον,
ἀλφόμενον σταυρῷ τε καὶ αἵματι παιδὸς ἑῆος,
ἀγγέλλει τ᾽ ὀρέγει τε διακτορίῃσι θεόρτου
πνεύματος, ἔν τε λόγοισι θεοπνεύστοισι μαθητῶν
Χριστοῦ μαντιπόλων θ᾽ ὁσίων, καὶ σήμασιν ἁγνοῖς,
Βαπτισμῷ τε, λύσει τε κακῶν, καὶ μυστίδι δαιτῇ.
οἵτινες οὖν κατ᾽ ἄκουσμα λόγων, ἀλλὰ χρῆσιν ἄμεμπτον
σφρηγῖδιν, μάρπτουσιν ἑοῖς μετὰ πάμμασι Χριστόν,
πίστει τ᾽ οἰκείῃ, τὴν θέσκελος ἧψεν αὐτῆς,

οἰκεῖον

4. *Quòd nullæ vſquam ſunt vires hominum, mente infirmo.*
Neq; virtus, ad mortiferum peccati venenum abolendum, (rum.
Et rapidam vim mortis ſuperandum,
Et rigidam Dei furentis iram placandum.
Ideò Pater (æternus) inflammatus miſerationis beneuolentiſſimæ
Ardore feruidiſſimo, & incitatus inenarrabili
Fauoris ſtimulo, charum ſuum filium donauit
Vt eſſet Iuſtitia, Sapientia, Sanctificatio,
Et redemtio hominibus, ac grauiſſimorum peccatorum debitum
In cruce exolueret, indignam mortem perpeſſus.
Et mortem trucidaret, portas inferni deſtrueret
Deniq; nos, qui nihil dignum aut æquiualens habemus,
Gratis ſuæ charitati & miſericordiæ obſecundans,
Per ſynceram fidem ſolùm, quam in lucta (paſſione)
Chriſti ſanguinolenta & interceſſione collocamus,
Reconciliatos Dei filios, iuſtosq; & ſaluos faceret,
Ac ad veram immortalis vitæ beatitudinem eueheret,
Qui eſt fructus reſurrectionis ſuæ ex morte funeſta.
Sola enim, in ſanguine & deprecatione Seruatoris
Firmata, fides ſaluat & iuſtificat.
Hominem, & omnes peccati maculas emundat.

5. *Quòd Deus gratuitas miſericordiæ ſuæ diuitias,*
Cruce & Sanguine proprij ſui filij quæſitas,
Annunciat & offert miniſterio diuini
Spiritus, tum in verbo diuinitus inſpirato diſcipulorum
Chriſti & ſanctorum Prophetarum, tum ſignaculis ſacroſanctis
Baptiſmo, abſolutione peccatorum, & myſtica cœna.
Quicunq; igitur in auditione verbi, & recto vſu
Sacramentorum, Chriſtum cum ſuis theſauris apprehendunt,
Propriaq; fide quam Spiritus ſanctus accendit,

οἰκεῖον τιθέασιν ἑὸν λάχος ἀμφιλαβόντες,
ῥιγεδανὴν ἀλέαντο μόρου κρίσιν, ἠδ' ἀρετάων
ἀλλοτρίων φορέουσιν ἀέθλια, πάγχυ δίκαιοι
πάγχυ σόοι, καὶ πάγχυ θεῷ γεγαῶτες ἀρεστοί,
δώρῳ πατρὸς ὕπερθε, καὶ οὐκ ἰδίων χάριν ἔργων.
ς. ὡς ᾗ θεογνώστῳ μετὰ πίστει καρπὸς ὀπηδεῖ
ἔργων εὐσεβέων, ὅσσα ποικίλα θεσμὸς ἀνώγει.
„ ἀνδρῶν γὰρ χρέος ἐστί, καὶ ἔξοχα πίστιν ἐχόντων,
„ ζώειν ἀχράντοιο θεοῦ κατ' ἀμεμφέα βουλὴν,
„ ὀρθοβίοις τε νόμου πρήσσειν ἐπεοικότ' ἐφετμαῖς,
ἔργων τ' ἀψεγέων θεοτερπέα πλοῦτον ἀγείρειν,
καὶ καθαρὴν ζωῆς συνέσιν ποτὶ τέρμα φυλάσσειν·
τέκτονος ἀρχετύποιο νοήμονα πλάσματ' ἐόντας,
Σωτῆρός τε γόνον καὶ πνεύματος ἁγνοτόκοιο.
αὐτὰρ ὅμως δρηστῆρες ἀχρήϊα ποιπνύοντες
μίμνομεν, εἰσόκε σαρκὸς ἐν ἰλύϊ τῇδ' ἐχόμεσθα,
ἀρχόμενοί περ ἄνακτα φίλοις θυέεσσι γεραίρειν
ἔργων εὐπραγέων, ὧν οὐ λόγος οὐδ' ὀλίγιστος,
οὐκ ὄπις, εἰ καὶ πάντα τάδ' εὖ κάμες, εἰς ἓν ἀγείρῃς,
ἣν θεὸς ἀτρέπτοισι ταλαντεύῃ βίον ἀνδρὸς
εὐδικίης κρισίεσσι μόνη τότε πίστις ἀρήγει,
μοῦνον ἀλεξιμόροισιν ἐπ' ἔργμασι θάρσος ἔχουσα
λαοσόου σωτῆρος, ὃς ἄρκιον εἵνεκεν ἡμέων
λύτρον ἔνεικε τοκῆϊ, θυηπολίην τε τελείην
ῥέξεν, ἐπὶ σταυρῷ τετράζυγον οἶτον ἐπισπών,
ἣ πάσης ἀπέτισεν ἀπὰξ ἀλιτήματα γαίης.
ὡς εὐεργεσίῃσι πεποιθότες ἀρχιερῆος,
ἄρκιος ὃς μόνος ἐστί, καὶ οὐκ ἐπιδεύετ' ἔργων
ἀνδρομέων εἰς πρῆξιν ἑήν, πανάμισθι λάχωμεν,
δῶρον ἐόντα θεοῦ, νημερτέα κλῆρον ὀλύμπου.

De noua obedientia Christianorum.

ζ. ὡς

Eos amplexi, vt proprium peculium ſibi vendicant,
Horribilem mortis condemnationem euadunt & virtutum
Alienarum præmia reportant, planè iuſti,
Planè ſalui, & planè Deo placentes facti,
Summi Patris dono, non propriorum operum gratia.

6. Quòd poſt fidem, rectè Deum cognoſcentem, ſequitur fru-
Piorum operum, quæ varia Lex præcipit. (ctus
Hominum enim, & in primis illorum qui fidem habent, debitum
Vt ſecundum iuſtam Dei ſanctiſsimi voluntatem viuant, (eſt,
Et faciant quæ cum mandatis legis, quib9 vita gubernatur, con-
Deoq́ acceptas bonorum operum diuitias cumulent, (gruant.
Ac puram conſcientiam ad vitæ vſq; exitum cuſtodiant:
Vt qui conditoris Archetypi rationale ſunt figmentum,
Seruatorisq́ ac Spiritus ſancti pari proles:
Sed tamen ſerui inutilia operantes
Manemus, quamdiu in cœno huius carnis hæremus:
Quamuis incipiamus gratis Dominum ſacrificijs colere
Operum bonorum, quorum nec minima ratio habetur
Nec reſpectus, ſi vel omnia quæ benefeceris in vnum cumulum
Si vitam hominis Deus trutinet rigido (coacerues.
Iuſtitiæ ſuæ examine. Tunc vnica fides opitulatur
Vnicam fiduciam habens in operibus, quibus æterna mors pro-
Saluifici redemtoris, qui ſufficiens pro nobis (pulſatur.
Parenti lytron obtulit, & perfectum ſacrificium
Peregit, cùm quadrifidam in cruce necem ſuſtineret,
Quo ſemel totius orbis flagitia luit.
Vt meritis ſummi Pontificis noſtri freti,
Qui ſolus ſufficiens eſt, nec indiget operibus
Humanis ad officium ſuum, gratis accipiamus
Vt donum Dei, certiſsimam hæreditatem regni cœlorum.

7. Quòd

De vera Eccleſia Chriſti.

ζ. ὡς ἢ θεοῦ κλυτὸς υἱὸς, ἑῆς κηρύγματι φωνῆς,
καὶ χάριτος σφρηγῖσιν, ἑοῖ πεποθημένον ἐσμὸν
ἔκκριτον, ἐκ γενεῆς μεροπηΐδος, αἰὲν ἀγείρει
ἐξότε κόσμον ἔτευξε πολύπτυχον, εἰσόκε λύσῃ,
παντοδαπῆς καλέων καθ' ἑδέθλια ποικίλα γαίης,
ὁππότε οἱ φίλον ἐστὶ καὶ ὁππόθεν, ὀξέϊ δ' οἴκτῳ
ἀμφιέπων μιν ἔθηκεν ἑὴν θυμηρέα νύμφην.
ἐν δὲ θεοφραδέεσσι λόγοις, καὶ σήμασι κεδνοῖς,
οἷο λύθρου σταγόνεσσιν ἀλεξικάκοισι διαίνει,
πνοιῇ σφρηγίζων ἰδίῃ νόας, ὄφρα πίθωνται
ἀσφαλέως, ὅτι νῦν κεχαρισμένα τέκνα γένοντο
ἀθανάτοιο τοκῆος, ἐπουρανίων τε μετ' αὐτοῦ
κληροῦχοι κτεάνων, Χριστοῦ ξυνήονες ἀρχῆς,
ἣν σφέας ἐκ θανάτου λιποφεγγέος αὖθις ἐγείρῃ,
ἄφθαρτον ποτὶ κῦδος ἀτεκμάρτου βιότοιο.

De Hypocritis immixtis veræ Eccleſiæ.

η. ὡς ἢ κατ' εὐσεβέων ἅγιον χορὸν εἶδος ἄμεμπτοι
πολλοὶ μὲν ζώουσι, νόθον φρενὸς ἦθος ἔχοντες,
ἀμφαδίης μετέχοντες ἐνὶ Χριστοῦ μελέεσσι
συμμορίης, κοινῆς θ' ἅμα κλήσιος, ἀλλ' ἀπέχοντες
πίστιος ἀψεύστοιο, καὶ ἐσθλοτόκοιο μενοινῆς.
εἰ δ' αὖ χριστοσεβῶν ψευδώνυμον εὖχος ἀείρων
μυστιπόλον τὶς ἔχει γέρας ἐν θεοηχέϊ νηῷ,
κηρύσσων τε λόγον, μυστήριά θ' ἁγνὰ βραβεύων,
αὐτὸς ἀπόβλητός περ ἐὼν, καὶ δοῦλος ἄπιστος,
ἔργον ὅμως πονέει χρηστὸν, μηδ' ἧσσον ἐνεργὲς,
τοῦ γὰρ Χριστὸς ἄναξ προχέει κράτος, οὐχ ὑποεργός.

De infantium Baptiſmo.

θ. ὡς δ' ἔτ' ἀναγκαῖον καὶ χρήσιμόν ἐστιν, ἀφαυρῶν
νηπιάχων βαπτισμὸς ἐΰρροος, εὖτέ τις αὐτὸν
εὐαγέως πελάσειε, κατ' ἀστυφέλικτον ἐφετμὴν
Χριστοῦ ζωοδοτῆρος, ὃς ἀγχιθέοισι λοετροῦ

καινο-

7. Quòd inclytus Dei filius vocis ſuæ præconio
Et gratiæ ſigillis, dilectum ſibi cœtum,
Segregatum ex genere humano, perpetuò colligit,
Ex quo mundum fabricauit multiplicem, & donec hunc iterum
In varijs totius orbis terrarum ſedibus conuocans, (deſtruat:
Quando, & vnde ei libitum eſt, & acri miſericordia
Amplexus, chariſſimam ſuam ſponſam eam facit,
Inq́ꝫ verbo diuino, & venerandis Sacramentis
Cruoris ſui guttis ſalutaribus eum humectat,
Et proprio Spiritu mentes obſignat, vt perſuaſum habeant
Firmiter, quòd nunc ſint accepti in gratiam liberi
Æterni parentis, cœleſtiumq́ꝫ cum ipſo
Hæredes bonorum, regni Chriſti participes,
Poſtquam ex vmbroſa morte denuò ipſos excitauerit,
Ad intemeratam vitæ gloriam ſempiternæ.

8. Quòd in ſancta piorum Eccleſia, ſpecie inculpati
Quidem viuant multi, ſed fucatam animi naturam habentes,
Externæ inter Chriſti membra conſortes
Societatis, & eiuſdem vnà appellationis, ſed remoti
A vera fide & bona mente, ſeu conſcientia.
Quòd ſi falſum Chriſtianorum nomen gerens
Sacerdotale quis munus habeat in templo, vbi vox Dei ſonat,
Prædicando verbum, & Sacroſancta myſteria adminiſtrando,
Quamuis ipſe reiectus ſit, & ſeruus incredulus,
Officium tamen obit ſalutare, nihiloq́ꝫ minus efficax.
Huic enim Chriſtus Dominus affundit vires, non miniſter.

9. Quòd neceſſarius & fructuoſus eſt infirmorum
Infantium Baptiſmus ſacrifluens: cùm quis eum
Ritè applicuerit, iuxta immotum præceptum
Chriſti viuificantis, qui diuina lauacri,

Renouan-

καινογόνου λιβάδεσσι, καὶ ἁγνοῦ πνεύματος ἀλκῇ,
τέκνα βροτῶν τοκετοῖσι παλιμφυέεσσι λοχεύει,
σώματος οἷο μέλη καὶ κτίσματα καινὰ γενέσθαι.

De præſentia corporis ac ſanguinis Chriſti in ſacra cœna, eiusq; fructu.

ι. ὡς δ' αὖ θαυμασίην κατ' ἄνακτος δαῖτα πά-
νημερτὲς Χριστοῖο δέμας καὶ γνήσιον αἷμα, (ρεστι
ἀμφοτέροιν δ' ἄρτου μετὰ κλάσμασιν, ἠδὲ μετ' οἴνου
χεύμασι, σωματικῶς τόδε δέχνυται, ὅς κε πελάσσῃ,
ἀψευδὴς σωτῆρος ἀδίστακτόν τε κατ' ἠχώ.
εἰς ζωὴν μὲν πιστὸς, ἐπὶ κρίμα δ' αἰνὸν ἄπιστος.
ὃς γὰρ μῖσος ἔχων κακίης, καὶ πίστιν ἐπ' αὐδῇ
ἄγναμπτον Χριστοῖο, καὶ ἐσθλῶν ἵμερον ἔργων
ἐν φρεσὶν οὐδολεραῖς, ἅγιον ποτὶ δόρπον ἱκάνει,
σῶμά τε δαινύμενος Χριστοῦ, καὶ λύθρον ἀφύσσων,
κυδαίνων τ' ἐπὶ τοῖσδε θεομνήστῳ μόρον ὀμφῇ·
οὗτος ἐνὶ κραδίῃ τεκμήρια πιστὰ κομίζει,
ὡς ἅμα θεσπεσίοισιν ὀνείασι πάντα λέλογχεν
ἃ Χριστὸς κτεάτισσεν, ἅπαξ ὅτε ῥύσιον αἷμα
ἐκ χροὸς ἠλοδάικτος ἀνηκόντιζε δαφοινοῦ.

De cōfeſſione & abſolutione,

ια. ὡς δ' αὖ σύμφορόν ἐστι, καὶ οὐ νεμεσητὸν, ἀκουῇ
ἐκφαίνειν ἱερῆος ἀθέσμου πρήγματα λώβης.
τοῦτο γὰρ ἀμπλακιῶν μάλ' ἐπίδρομός ἐστι κέλευθος
εἰς λύσιν, ἔνθα βροτοῖσιν ὀλεθροδέ τοισιν ἑτοίμην.
ἀλλ' οὐ μὴν χρέος ἐστὶν, ἁμαρτάδα πᾶσαν ἐνίψαι,
οὐδὲ γὰρ οὐ δυνατόν· κακίης τίς βένθε' ἀφύσσῃ;
ὃς δ' ἀφέσει, τὴν Χριστὸς ἑοῦ θεράποντος ἰωῇ
ἀγγέλλει, πραπίδεσσιν ἐϋσταθέεσσι πέποιθε·
θεῖον ἔχει σφρήγισμα καὶ ἔγγυον ἀξιόπιστον,
ὕβριος ὡς λύσιν εὗρε, καὶ αἰθέρος ἐστὶ πολίτης·
οὐ χάριν ὧν ἀχέων τε, καὶ εἰς βίον ἔννομον ὁρμῆς,
ἀλλὰ θυηπολίης, καὶ ἐνηέος εἵνεκεν αὐδῆς,

ἀνδράσιν

Renouantis natum hominem, vnda, & Spiritus ſancti virtute.
Hominum filios ſecundo partu regenerat,
Vt corpus ſui membra, & noua creaturæ fiant.
10. Quòd in miranda Domini cœna adeſt
Verum Chriſti corpus & genuinus ſanguis,
Et vtrumq; cum panis fruſtis & cum vini
Fluxibus corporaliter hoc accipit, quicunq; acceſſerit,
Iuxta vocem Chriſti indubitatam & non fallentem:
Credens quidem ad ſalutem, ad iudicium verò incredulus.
Qui enim exoſus peccatum, & fiduciam habens in verbis
Chriſti immotam, & bonorum operum ſtudium
Mente non ficta, ad cœnam ſacram accedit,
Chriſti corpus edens, & ſanguinem eius bibens,
Ac mortem ipſius memori ſuper hoc voce celebrans:
Hic certiſsima in pectore argumenta circumgeſtat,
Quod vnà cum ferculis diuinis omnia acceperit,
Quæ Chriſtus acquiſiuit, cùm ſemel ad redemtionẽ noſtri ſan-
Ex corpore cruento, clauis cruci affixus, effunderet. (guinem
11. Quòd vtile & non reprehendendum eſt, ad aures
Sacerdotis confiteri iniquæ facinora culpæ.
Hæc enim via procliuis eſt peccatorum
Ad abſolutionem hominibus morte vinctis ibi paratam.
Sed tamen non neceſſe eſt omnia delicta recenſere,
Nec enim id fieri poteſt. Quis profunda malitiæ exhauriat?
Qui igitur abſolutioni, quam miniſtri ſui voce Chriſtus
Annunciat, firmo pectore fidem habet,
Diuinum is habet ſigillum, & pignus certiſsimum,
Quòd peccatorum remiſsionem inuenerit, & cœli ciuis ſit:
Non propter ſuam contritionem, & rectè viuendi propoſitum,
Sed victimæ, ac mitiſsimæ promiſsionis gratia,

Quam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-187694-p0099-6

ἀνδράσιν ἣν ἐτέλεσσε θεοῦ πάϊς, ἠδ' ἀνέφηνεν,
ὃς μοῦνος λάχε κάρτος ἀμαλδύνειν κακότητα.

De pœnitentia.

ιβ. ὡς καὶ σμηξιβίου ζάθεον μετὰ ῥεῦμα λοετροῦ
ἀμπλακίην ῥέξασιν ὑπερβατίην, αἰὲν ἀνοίχθη
εἰς ἄφεσιν κακότητος ἐπιχθονίοισι θύρετρον,
ὁσσάκις εἰς θεὸν ἁγνὸν ἀποστρεφθῶσι, κέλευθον
ἰθυπόρον μετιόντες ἀλεξικάκου μετανοίης,
ὕβριν ἑὴν στενάχοντες ἀσιγήτοισιν ἄχεσσι,
καὶ Χριστοῦ προφυγόντες ἀλιτροσόου πρὸς ἀρωγὴν,
εἰς δ' ὀπίσω μεμαῶτες ἐναίσιμον ἦθος ἀέξειν,

De ordine Eccleſiaſtico.

ιγ. ὡς δ' οὔτεῳ θέμις ἐστὶν, ὁ μὴ κεκλημένος ἦλθεν
εὔτακτον κατὰ θεσμὸν, ἐν εὐσεβέεσσιν ὁμίλοις
ἀγγέλλειν μεγάλοιο θεοῦ ψυχοσσόον αὐδὴν,
ὄργιά τ' ἀμφιέπειν θεοκευθέα χερσὶν ἀνίπτοις. (δρῶν,

De ritib. Eccleſiaſticis.

ιδ. ὡς ἢ κατ' εὐσεβέων ἄγυριν παγκόσμιον ἀν-
τοῦτο μὲν ἀνδρομέους τεθμοὺς θέμις ἐστὶ φυλάσσειν,
εἰ σκοπὸν ἠρεμίης καὶ τάξιος ἐσθλὸν ὁρῶσιν,
οὔτε νόας σφίγγουσιν ἀλυκτοπέδῃσιν ἀφύκτοις,
οὔτε δόκησιν ἄγουσι σεβάσματος, οἷα λατρεύειν
ὡς χρὴ παμβασιλῆϊ, καὶ ἐκπλῆσαι κακότητα.
κάρτος γὰρ λυτόν ἐστι νόμων οὓς ἄνδρες ἔθηκαν,
εἴπου χρεὼ ἀπέρχῃ, καὶ σκάνδαλον οὐδὲν ἐρείκῃ.
τοῦτο δ' ἄρ' ἀνδρομέους θεσμοὺς χρέος ἐστὶν ἀτίζειν,
οὐδ' ἄρ' ὑπερβασίης τιν' ἔχειν λόγον, εὖτε κέλωνται
ἀντία θεσπεσίων βροτέοις ἐπιτάγμασι μύθων,
καὶ μέροπας σφηκοῦσι κακόφρονος ἅμμασι πειθοῦς.

De ordine politico.

ιε. ὡς δὲ θεμιστοπόλων σκήπτρων κράτος, ἠδὲ σε-
εὐδικίης οἴηκα βιοσσόον, αὐτὸς ἔταξεν (βαστῆς
ὄρχαμος, ἀρχηγοῖσιν ἐπιχθονίοισι κελεύων,
καὶ κρατερῶς σφετέρῃσι μετ' εὐνομίῃσι φυλάσσει,

ὡς

Quam pro hominibus obtulit filius Dei, eisq́; edidit,
Qui ſolus accepit poteſtatem abolendi peccatum.
12. *Quòd poſt ſacram vndam baptiſmi, qui eſt lauacrum vitæ*
Delictum committentibus noxium, ſemper patet (purificans,
Ianua ad remiſſionem peccatorum, hominibus,
Quotieſcunq; ad ſanctum reuertantur Deum, viam
Rectam pœnitentiæ ſalutaris ingreſſi,
Dum gemitibus confeſſis tranſgreſſionem ſuam deplorant.
Et ad opem Chriſti, qui peccatores ſaluos facit, confugiunt,
Ac in poſterum moribus probatis viuere ſtudent.
13. *Quòd nulli fas eſt, qui non acceſſerit vocatus*
Legitimo ordine ac modo, in pijs cœtibus (Eccleſia)
Salutiferum Dei verbum annunciare,
Et Sacramenta, in quibus Deus ipſe occultatur, illotis manibus
14. *Quòd in ordinata piorũ hominũ congregatione, (tractare.*
Eatenus licet ſeruare ritus humanos,
Si bonum tranquillitatis & ordinis finem ſpectant,
Nec violentis compedibus conſcientias vinciunt,
Nec cultus perſuaſionem afferunt, quaſi colere
Hoc modo neceſſe ſit Deum, & ſatisfacere pro peccato.
Legum enim ab hominibus ſancitarum poteſtas abrogari poteſt,
Si fortè neceſſitas flagitet, & ſcandalum nullum obſtet.
Eatenus autem humanæ conſtitutiones reijciendæ ſunt,
Nec vlla tranſgreſſionis ratio habenda, cùm iubent
Humanis præceptis, quæ verbo Dei ſunt contraria,
Et prauæ opinionis retibus mortales illaqueant.
15. *Quòd legitimorum imperiorum poteſtatem, & venerandæ*
Iuriſdictionis gubernaculum, quo vita conſeruatur, ipſe inſtituit
Deus princeps, terrenis principibus imperitans,
Et firmiter, cum honeſtis ſuis inſtitutis & legibus, cuſtodit,

ὡς ἀγαθόν τι χρῆμα, καὶ ἀνθρώποισιν ὀνητόν.
„ τίς γὰρ ἄνευ σκήπτρων βρότεος βίος ἠδὲ θεμίστων;
„ οἶκος ἄνευ κρηπῖδος, ἄνευ πλόος ἰθυντῆρος,
„ κυκλώπων ὅμαδός τις, ὅλος χάος, ὕβρις, ὄλεθρος.
τοὔνεκεν οὐκ ἀπέοικε θεόφρονος ἀνέρα λαοῦ
ἐσθλὸν ἀνακτορίης πρυμνήσιον ἡνιοχεύειν,
ἄλλοις τ' ἀνθρώποισι, κυλινδομένοισιν ἀνάγκῃ
θεσμοσόον περὶ βῆμα, δικασπολίας ἀναφαίνειν,
θείων καισαρέων τε κατ' ἤθεα σεμνὰ θεμίστων,
ὑβρισταῖς τε, λαχοῦσι δίκης περίφαντον ἔλεγχον,
ποινὴν ὀξυτύποις ὑπὸ χέρεσιν ἀμφιβαλέσθαι,
καὶ πολέμους ἐφέπειν νομίμους, καὶ χεῖρα συνάπτειν
ὁπλοφόρον δηΐοισι μάχης κατ' ἀφειδέος ἀλκήν.
πέρνασθαι κτεάνοισιν ἴσον κτέαρ, ἠὲ πρίασθαι·
ἀρχοῦ δ' αἰδοίοις ὑπὸ νεύμασιν ὅρκον ὀμόσσαι,
ὃν καλέουσιν ἔπακτον, ἐπεί μιν ἄγησιν ἀνάγκη·
καὶ γαμετὴν ἀγαγεῖν, καὶ θέσμια λέκτρα μετελθεῖν,
καὶ τέκνων ἀρόσαι ζωὸν σπόρον ἠδ' ἀτιτάλλειν,
οἴκου κῆδος ἔχειν, καὶ κτήμασιν οἷσιν ἀνάσσειν.
χρὴ δὲ θεμιστούχων εὐπειθέα θυμὸν ὀρέξαι
προφρονέως θεσμοῖσι, κελευσμοσύνας τε φυλάξαι,
ἄχρις ἂν εὐσεβίης καθαρὸς νόμος ἄλλο κελεύσῃ.
„ καὶ γὰρ ὅτ' εἰς θεὸν αὐτὸν ἁμαρτεῖν ἀρχὸς ἀνώγῃ,
„ ἀρχῷ βέλτερόν ἐστιν ὑπερμεδέοντι πιθέσθαι,
„ ἢ θνητῶν πρόσταγμα θεημάχον ἐρύσασθαι.

De poſtremo iudicio.

ις. ὡς δὲ θεοῦ μέγας υἱός, ἐνὶ βροτέοις μελέεσσι
πᾶν κράτος ἀμφιέπων κατὰ γῆν καὶ μακρὸν ὄλυμπον,
φαίδιμος ἐν νεφέλῃσιν ἀφίξεται, ὁππότε φέγγος
λοῖσθον ἐπιγλαύσσῃσιν, ἵνα κρίσιν ἀνδράσι φαίνῃ
πᾶσιν, ὅσους κατὰ γαῖαν ὀλύμποθεν ἔδρακε φοῖβος.

αἶψα

Vt rem bonam, & hominibus fructuoſam.
Quæ enim mortalis vita eſſet ſine ſceptris & legibus?
Domus ſine fundamento, nauigatio ſine gubernatore,
Colluuies quædam Cyclopum, tota, chaos, iniuria, & exitium.
Idcirco non dedecet virum populi Chriſtiani (membrum)
Bonum (illum) magiſtratus clauum regere,
Et alijs hominibus, qui neceſſitate (vrgente) volutantur
Circa legiferum tribunal, ius dicere,
Iuxta honeſtam rationem diuinarum & imperatoriarum legũ.
Et tranſgreſſoribus, cùm apertè à iuſtitia conuicti fuerunt,
Manibus ſeueris pœnam infligere:
Et bella gerere legitima, ac manum conſerere
Armatam cum hoſtibus, vbi viribus intrepidè pugnatur.
Vendere & emere æquali precio æqualem mercem,
Et ſub reuerendo Magiſtratus nutu iuramentum præſtare;
Quod impoſitum vocant, quia neceſſitas illud imponit:
Et vxorem ducere, legitimumq́ꝫ lectum frequentare,
Et viuam liberorum progeniem creare atqꝫ educare:
Domus curam gerere, & ſuis facultatibus dominari.
Neceſſe etiam eſt morigerum animum exhibere Magiſtratuum
Erga leges promtè, (ipſorumq́ꝫ) mandata ſeruare,
Donec lex pietatis ſyncera aliud iuſſerit.
Etenim cùm in ipſum princeps Deum delinquere iubet,
Supremo principi melius eſt obedire,
Quàm hominum mandatum Deo aduerſum ſeruare.
16. Quòd magnificus Dei filius, in corpore (natura) humano
Omnem poteſtatem tenens in terra & ſpacioſo cœlo,
Conſpicuus redibit in nubibus, cùm dies
Poſtremus illuxerit, vt oſtendat iudicium hominibus
Vniuerſis, quotquot de cœlo Phœbus in terra luſtrauit:

αἶψα δ' ἀναστήσει, λιγυρῇ σάλπιγγος ἰωῇ,
εἰς βιοτὴν χθονίοις ὑπὸ κεύθεσιν ὑπνώοντας.
τοῖς δὲ δικαιοσύνης σφετέρης μετέχουσιν ὀπάσσει
κτῆμα βίου χαρίεντος, ὃν οὐ χρόνος οἶδεν ὀλέσσαι.
τοὺς δὲ κακορρέκτας μετὰ δαίμοσιν εἰς ἄφατον πῦρ
πρηνίξει, κακότητος ἵνα πλήσωσιν ἀμοιβήν.
De libero arbitrio. ιζ. ὡς δ' ἄρα πως βροτὸς ἔχεν ἑκούσιον ἐν φρεσὶ βου-
ἀμφαδὸν εἰς ἀρετὴν κάμψαι βιότοιο πορείην, (λὴν,
ἤθεά τ' εὖ θέσθαι, καὶ ἀεικέα πόλλ' ἀλεείνειν,
ὅσσα θ' ὑπ' ἀνδρομέοιο νόου κρίσιν ἔρχεθ' ἑλέσθαι·
ἀλλ' οὐδὲν σθένος ἀνδρί, θεοῦ φίλον αὖτε γενέσθαι,
καὶ στέργειν, ἀγαπητὸν ὅπως πατέρ' ἠδὲ σεβάζειν
αἰδοῖ τέκνος ἑῷ, καὶ πίστιος ἦθος ἀέξειν,
συγγενέων τε πόθων πρηνεῖς ἐπ' ἀτάσθαλ' ἐρωὰς
ἐμμενέως δαμάσαι, κραδίης τ' ἐκ πρόχνυ τινάξαι·
εἰ μὴ ἐπιπνεύσῃ θεοδινέος οὖρος ἀρωγῆς,
λαιφεά τ' ὀγκώσῃ πρηέως, καὶ νῆα διώξῃ
εἰς λιμέν' εὐσεβίης καὶ πίστιος ἠδὲ γαλήνης.
" πάντων γὰρ θείοισιν ἐν ἔργμασι πνεῦμα θεοῖο
" ἀρχηγὸς πρηκτήρ τε πέλει, καὶ ψυχικὸς ἀνὴρ
" οὐχ ἁδέει ζαθέοιο τὰ πνεύματος ἔργα πέλοντα.
De causa peccati. ιη. ὡς δ' εἰ καὶ θεὸς αὐτὸς ἐπιχθονίων φύσιν ἀνδρῶν
ἄχραντον τέκτηνεν, ὁλόρριζόν τε σαώζει,
ἔμπαγε δυσσεβέων σκολιὸν βούλημα πέφυκεν
αἴτιον ἀμπλακίης, καθαρὴν ὁδὸν εὖτε λελοιπὸς
εὐνομίης, πρὸς ἄθεσμα τράπῃ κακομήχανον ὁρμήν,
πειθόμενος ῥυτῆρσιν ἀεξικάκου βελίαο,
ὃς φόνον ἐξ αὐτοῦ καὶ ψεύδεα λυγρὰ φυτεύει.
De fide ac bonis operibus. ιθ. ἔργων δ' ἀμφ' ἀγαθῶν καὶ πίστιος, ἥ τε κορωνὶς
χριστολόγοιο πέλει διδαχῆς, ἔφαν ὧδε πιθέσθαι.

ὡς

Ac ſubitò, clara tubæ voce, reſuſcitabit
In vitam ſubterraneis in latibulis dormientes,
Et conſortibus iuſtitiæ ſuæ donabit
Hæreditatem vitæ iucundiſſimæ, quam tempus neſcit perdere.
Sceleratos verò, cum Diabolis, in ignem infandum
Præcipitabit, vt malitiæ ſuæ pœnas exoluant.

17. *Quòd homo in pectore aliquo modo habet liberum arbitrium,*
Quò externè ad virtutem inflectat ſemitam vitæ,
Moresq́ ſuos benè informet, ac multa inhoneſta vitet,
Quæcunque eligenda ſub humanæ rationis iudicium cadunt:
Sed nulla facultas homini, qua poſſit Deo reconciliari,
Et amare eum, ac timere, vt dilectum Patrem
Reuerentia filiali, & ex corde credere,
Et cognatarum appetitionum impetus, ad mala procliues,
Fortiter ſubigere, & prorſus ex corde excutere,
Niſi ſecundus diuini auxilij ventus aſpirauerit,
Et flatu ſuo vela impleuerit, ac nauem impulerit,
In pietatis fidei ac tranquillitatis portum.
In operibus enim diuinis Spiritus Dei omnium
Autor & effector eſt, ac animalis homo
Non percipit res quæ ſunt Spiritus diuini.

18. *Quòd, etiamſi Deus ipſe terreſtrium hominum naturam*
Sine labe crearit, & totam conſeruet,
Praua tamen impiorum voluntas naturaliter ſit
Cauſa peccati: cùm, relicta pura via
Iuſtitiæ, ad iniuſta improbum appetitum conuertit,
Obſequens freno Diaboli, vnde omne malum producitur,
Qui ex ſe homicidium & tetra mendacia ſerit.

19. *De bonis operibus & fide, quæ ſumma*
Eſt doctrinæ Chriſtianæ, hæc ſe ſtatuere affirmarunt,

ὡς παρὰ βῆμα θεοῖο, βίον κρίνοντος ἀλιτρόν,
γίνετ' ἀμώμητος, καὶ πάνσοφος, ἠδὲ δίκαιος,
καὶ χαρίεις θεότητι, μόνης διὰ πίστιος ἀνήρ,
δραξαμένης Χριστοῖο, καὶ οὐκ ἰδίου χάριν ἔργου,
ἢ προπάροιθεν ἰόντος, ἢ ἑσπομένου μετόπισθεν.
αὐτὰρ ὅμως χαρίεντι δικαιωθέντες ὑπ' οἴκτῳ
χρειωσταὶ μένομεν, κατ' ἀμεμφέα θεσμὸν ὁδεύειν
ἁγνοπόλοιο θεοῦ, καὶ πίστιος ἄξια κάμνειν.
ὁππότε γὰρ θεὸς αὖτις ἀνάξιον ἄνδρα πελάζῃ
οἷς ἀγανοῖς φίλτροισι· λόγων ὑπὸ θέσπιδι φωνῇ
εἰς νόον ἐκχεύει πειθήμονα θεῖον ἀϋτήν,
ὀξὺν ὃς εὐαγέων ἔργων πόθον ἐντὸς ὀρίνει,
καὶ σεμνὴν βιότοιο νέου βαλβῖδα τιταίνει,
εἰς τρόπον ἱεμένοιο θεῷ φίλον, ἀνδράσι χρηστόν.
αὐτὰρ ἐπεὶ μίμνουσι κακῆς σπινθῆρες ἐρωῆς,
λείψανά τ' ἀρχαίης κακίης καὶ ἐν ἤθεσι πιστῶν·
οὐ καθαρὸς πᾶς ἐστὶ παλιγγενέων τρόπος ἀνδρῶν,
ἀλλ' ἀτελής τε μένει, καὶ βόρβορον οὐκ ἀποβάλλει,
ἔστ' ἂν ἀλιτροβαρὲς σαρκὸς πάχος εἰς τάφον ἔρρῃ.
ἦμος δ' οἰχομένων μετ' ἀνάστασιν ἱμερόεσσαν,
πάγκαινον ψυχῆς καὶ σώματος εἶδος ἔχοντες
ἀντίτυπον σωτῆρι, φαάντερον ἀστρίδος αἴγλης,
οὐρανὸν ἀμβαίνωμεν, ἀλωβήτοισιν ὅμοιοι
ἀφθορίην λατρίεσσιν ἐπουρανίου βασιλῆος·
τῆμος ἅπαντα τέλειον ἀκήρατον ἔσσεται ἦθος
ἡμέτερον, λήξει δὲ παλαιῆς αἴσχεα λώβης.
πρὶν δ' ἄρα τοῦδε μολεῖν πέρας ἐλπίδος, αἵματι Χρι
ἡμείων ἐπὶ θάρσος ἅτε κρηπῖδι πέπηγεν (ςοῦ
ἀστεμφεῖ, τὸ γὰρ οἷον ἔχει τιμήν τε καὶ ἰσχὺν
αὐτάρκη πιστοῖς ὁσίην καὶ κῦδος ἀνάπτειν.

Quod coram tribunali Dei, cùm vitam (hominum) impuram (iudicat,
Sanctus ſit, ſaluus & iuſtus,
Ac Deo acceptus, homo, per ſolam fidem,
Qua Chriſtum apprehendit, & non proprij operis gratia,
Siue præcedentis, ſiue in poſterum ſequentis.
Sed tamen gratuita Dei miſericordia iuſtificati
Debitores manemus, vt incedamus ſecundum rectam legem
Sancti Dei, & dignos fide fructus faciamus.
Cùm enim indignum Deus hominem iterum inſinuat
In mitiſsimam ſuam amicitiam: in diuina verbi prædicatione
Diuinum flatum credulæ menti infundit,
Qui ardens piorum operum ſtudium intrinſecus excitat,
Et ſanctum nouæ vitæ exordium ſtatuit,
Promtæ ad mores, Deo gratos, & hominibus ſalutares,
Verùm quia prauæ cupiditatis ſcintillæ remanent,
Et reliquiæ veteris malitiæ, etiam in affectibus credentium:
Renatorum hominum mores non toti ſunt mundi,
Sed imperfecti manent, nec ſordes abijciunt,
Donec carnis maſſa, peccatis onuſta, in ſepulcro peſſum eat.
Vbi verò, poſt lætiſsimam defunctorum reſuſcitationem,
Recenti animæ & corporis forma præditi,
Quæ imaginem ſeruatoris refert, ſidereo nitori ſplendidius,
In cœlum aſcendemus, ſimiles incorruptis
Regis ætherei famulis (angelis) integritate:
Tunc per omnia conſummata & ſyncera erit natura
Noſtra, & antiquæ noxæ vitia finem habebunt.
Sed priuſquam ſpes hæc euentu comprobata fuerit, in ſanguine
Fiducia noſtra fixa eſt, tanquam fundamento (Chriſti
Immoto. Hic enim ſolus & valorem & vim habet
Sufficientē, credentibus ſanctitatē & gloriā (æternā) conciliādi.

 20. Quòd

De vene- κ. ὡς ἢ θεοφθέγκτου κατεναντίον ἐστὶ λόγοιο
ratione ἱκεσίην ἁγίοισιν ἀποφθιμένοισιν ἰάλλειν,
Sanctorū καὶ καλέειν χαλεποῖσιν ἀοσσητῆρας ἐν ἄταις.
„ εἷς γὰρ ἀεὶ μόνον ἐστὶ θεοῦ μεσσηγὺ καὶ ἀνδρῶν
„ ἱλαστὴρ μεσίτης τε πανάρχιος, υἱὸς ἀνάρχου
„ ὑψίστου γενετάο, φύσιν ἐπιειμένος ἀνδρῶν.
τοῦτο δ' ἐπουρανίων ἁγίων γέρας ἐστὶν ἄμεμπτον
μνῆστιν ἀποιχομένων θαλερὴν στήθεσσιν ἀέξειν.
ὡς ἐπὶ σωομένοισι θεοῦ πολὺν οἶκτον ὁρῶντες,
καὶ τύπον ἐσθλοβίων ἀρετῶν, καὶ πίστιος αἴγλην,
πίστιν καρτύνωσιν, ἀμεμφέα τ' ἔργα κάμωσιν
ἄνδρες, ἑὴν κατὰ μοῖραν, ὅσον σθένος ἐστὶν ἑκάστῳ.
Abuſuū Τοῖα περὶ σφετέροιο διδάγματος ἀμφαδὸν εἶπον
confuta- μάρτυρες ἀτρεκίης ψυχαρκέος· ἀμφὶ δ' ἐθισμῶν,
tio. καὶ τελετῶν, αἳ μῦθον ἐλωβήσαντο θεοῖο,
αἶσχός τ' εὐσεβίῃ καθαρόφρονι λυγρὸν ὄπασσαν,
τοῖον ἔλεγχον ἔφησαν, ἐγὼ δ' ὀλίγοισιν ἀείσω.
De vtraq; κα. ὡς οὐκ αἴσιμόν ἐστι, θεοῦ κατὰ δεῖπνον ἀγαστὸν
ſpecie Sa- λαὸν ἐρυκακέειν, μὴ πινέμεν ἔνθεον αἷμα.
cramenti πάντας ἄναξ γὰρ ἄνωγεν ἑὸν πόμα λαρὸν ἀμέλγειν.
εὕρεμα δ' ἐστὶ βροτῶν νέον ἐν μέρος οἶον ὀπάσσαι,
ἄρτον ἄνευ κύλικος, καὶ σύζυγα δαῖτα κεάσσαι.
De ſacer- κβ. ὡς δ' αὖ δυσσεβές ἐστι γάμων ἱερῆας ἐέργειν,
dotū con οὓς θεὸς αὐτὸς ἔταξε, βροτῶν τ' ἔζευξεν ἀνάγκη.
iugio. ἦ γὰρ πνεῦμα κέλευσεν ἐπίσκοπον ἔμμεν ἀκοίτην
κουριδίης ἀλόχοιο μιῆς, θρεπτῆρά τε τέκνων.
ἀρχαῖοι δὲ βοτῆρες ὁμόζυγα λέκτρα μετῆλθον.
κοίτη δ' ἀζυγέων παρὰ μυστέεσσιν ἀλάστοις, (ζειν.
παύροις γὰρ δέδοται φιλομαχλάδα σάρκα δαμά-
περὶ ζωῆς ἀγάμοιο πέδην κακόν ἐστιν ἀνάψαι,

ἔξοχα

20. *Quòd verbo diuino contrarium ſit,*
Preces ad ſanctos mortuos dirigere,
Et (tanquam) opitulatores in grauibus ærumnis inuocare.
Nam vnus tantùm eſt, inter Deum & homines,
Propitiator, & Mediator ſufficiens, æternus Filius
Altiſsimi parentis, naturam humanam indutus.
Hic autem cœlitum ſanctorum cultus non reprehendendus eſt,
Floridam animo defunctorum memoriam conſeruare,
Vt in largam Dei miſericordiam in ſaluatis intuentes,
Et exemplum piarum virtutum, ac fidei lucem,
Fidem confirment, & opera inculpata faciant
Homines, pro ſuo officio, quantum quiſq; poteſt.
Hæc de doctrina ſua confeßi ſunt
Teſtes veritatis, qua animæ hominum ſeruantur. Cæterùm de ri-
Et ceremonijs, quæ verbum Dei deprauauerant, (tibus
Et puræ religioni triſtem deformitatis notam inuſſerant,
Talem refutationem exhibuerunt: quam ego paucis canam.
21. *Quòd non æquum ſit, in miranda Dei cœna*
Laicis prohibere, ne ſanguinem diuinum bibant.
Dominus enim vniuerſos iußit dulce ſuum poculum haurire,
Et nouum hominũ inuentum eſt, vnam tantùm partẽ impertire,
Panem ſine calice, & diuellere cœnã, quam Chriſtus ita copula-
22. *Quòd impium ſit interdicere ſacerdotibus Coniugio, (uit.*
Quod Deus ipſe ſunxit, & hominum neceßitas contrahit.
Nam Spiritus ſanctus præcepit, vt Epiſcopus ſit maritus
Vnius legitimæ vxoris, & liberos educet.
Priſci etiam ſacerdotes lectos coniugales adierunt.
Adhæc cœlibum cubile intolerandis flagitijs luxuriat.
Paucis enim datum eſt vincere carnem libidinoſam.
Ideò malum eſt vitæ ſolitariæ compedem alligare (hominibus,)

 Maximè

ἔξοχα δ᾽ ἀρητῆρσιν, ὅσων βίος ἀνδράσι λαμπάς.
Verbi ſui initiauit, reliquo etiam vulgo hominum:
Quam libellum, qui prima rudimenta cœleſtis doctrinæ
Fidelibus affert, & Catechiſmus nuncupatur.
Quem mihi nunc, in gratiam cultorum veſtrorum,
Quos vnà cum vera religione Græcas literas diſcere iuuat,
Piæ Muſæ Ionio habitu ornetis.

DECEM PRAECETPA.

Hæc ſunt legis decemplicis præcepta.
Primum verbum eſt (Tu verè in profundo reponas animo) I. Præceptũ.
Ego ipſe ſolus ſum Deus tuus, ſolus Dominus:
Nunquam præter me alijs cultum Dijs tribuas.
Debitum noſtrum eſt, (hæc enim præcepti ſententia eſt)
Reuereri & amare Deum ſolum, excellenter ſupra omnia.
Animis immotis, inq́ꝫ ipſo fiduciam alere.
Secundum deinde præceptum eſt, perpetuò cautus ſis
Ne celebre Dei nomen vanis enuncies verbis.

B

Debitum

ἡμέτερον χρέος ἐστὶ, τὸ γὰρ νόμος ἐνθάδ᾽ ἀνώγει,
ἅζεσθ᾽ ἀμφαγαπᾶν τε θεὸν μόνον, οὐδὲ κατ᾽ αὐτοῦ
οὔνομ᾽ ἐπαρᾶσθαι, καὶ ἐτώσιον ὅρκον ὀμόσσαι,
ἢ μαγικὴν ἐφέπειν, ψεύδη τ᾽ ἀπάτας τε κορύσσειν·
ἀλλὰ τόδ᾽ ἐν πάσῃσι βίου στονόεντος ἀνάγκαις
κικλήσκειν θέμις ἐστὶ καὶ εὐχωλῇσι γεραίρειν.
καὶ γέρας οἱ χαρίτων ἢ κύδεος ἐσθλὸν ὀπάζειν.
γ. ἥδε νόμου τριτάτη πολυκυδέος ἐστὶν ἐφετμή·
ἁγνίζειν μέμνησο θεοῦ δέος ἦμαρ ἑορτῆς
ἡμέτερον χρέος ἐστί. τὸ γὰρ θεὸς ἰῦδ᾽ ἐπιτάσσει.
ἐν κραδίῃσι θεοῖο φόβον καὶ ἔρωτα φέροντας
ἠχὴν θεσπεσίου κηρύγματος οὐκ ἀθερίζειν
καὶ λόγον οὐρανόφαντον, ἀτὰρ θεοδέγμονι θυμῷ
εὐαγέως μεθέπειν, τοῦ δ᾽ οὔατα σεμνὰ πετάσσαι
προφρονέως, στήθεσι δ᾽ ἐν εὐμαθέεσσι βαλέσθαι.
δ. τέτρατος αὖ λόγος ἐστὶ, τεοὺς κύδαινε τοκῆας,
ὡς βίον εὖ διάγῃς, μακρὸν δ᾽ ἐπὶ γῆρας ἱκάνῃς.
ἡμέτερον χρέος ἐστὶ, τὸ γὰρ παρακέκλετ᾽ ἐφετμή,
δειμαίνειν φιλέειν τε θεὸν κοσμήτορα πάντων
καὶ μὴ ἀτασθαλίῃσι φίλους γενετῆρας ἀτίσσαι
σεμνοῦσθ᾽ ἡγητῆρας, ἄχος τ᾽ ὀδυνηρὸν ἐφάπτειν.
μᾶλλον ὑποδρήσσειν καὶ τίειν, ἠδὲ πιθέσθαι.
καὶ σφίσιν ἐκ θυμοῦ στοργὴν καὶ κῦδος ὀπάζειν.
ε. πέμπτος δ᾽ αὖ λόγος ἐστὶ. φόνῳ μὴ χεῖρα μιαίνῃς.
ἡμέτερον χρέος ἐστὶ, νόμου κατ᾽ ἀμεμφέα βουλὴν,
ταρβεῖν καὶ φιλέειν θεὸν ἔμπεδον, οὐδέ τεν ἀνδρὸς
ὅς τε κεν ἐγγίζῃ, τεύχειν χροῒ πῆμα καὶ ἄλγος·
ἀλλὰ οἱ ἐν πάσῃσι βίου χαλεποῖο θυέλλαις
χειρὶ βοηδρομέειν ἐυ αντεῖ, καί μιν ὀφέλλειν.
ς. ἕκτος δ᾽ ἐστὶ λόγος. μὴ μοιχικὰ λέκτρα διώκῃς.

ἡμέτερον

Debitum noſtrum eſt, hoc enim lex hîc præcipit,
Vereri & diligere Deum ſolum, neq; per eius
Nomen imprecari, & vanum iuramentum iurare,
Ac Magicam exercere, mendaciaq; & fraudes adornare:
Sed hoc in omnibus luctuoſæ vitæ difficultatibus
Inuocare, & votis deuenerari, fas eſt,
Ac pium ei gratiarum & laudis munus offerre.
Hoc autem tertium glorioſæ legis eſt mandatum: 3.
Diuini diem feſti vt ſanctifices memento.
Debitum noſtrum eſt: hoc enim Deus hîc iniungit,
Timorem & amorem Dei in cordibus ferentes
Non aſpernari diuini ſonum præconij,
Et verbum cœlitus patefactum, ſed animo Deicapace
Piè tractare, eiq; caſtas aures aperire
Promtè, & in pectora docilia recondere.
Quartum deinceps verbum eſt: honora parentes tuos, 4.
Vt vitam benè tranſigas, & ſeram ad ſenectutem peruenias.
Debitum noſtrum eſt, hoc enim iubet præceptum,
Timere & diligere Deum omnium gubernatorem,
Et non dehoneſtare improbè charos parentes
Reuerendosq; duces, ac mœrorem eis acerbum adiungere.
Sed magis inſeruire, honorem impartire ac obſequi,
Et ex animo eis amorem & reuerentiam tribuere.
Quintum porrò præceptum eſt: Cæde ne manum contamines. 5.
Debitum noſtrum eſt, iuxta ſanctum legis decretum,
Metuere & diligere Deum perpetuò, neq; cuiuſpiam hominis,
Quicunq; propè fuerit, corpori nocumentum aut dolorem infli-
Sed in omnibus ei moleſtæ vitæ procellis (gere:)
Amica manu ſuccurrere, & eum iuuare.
Sextum autem verbum eſt: Adulterum lectum ne ſecteris. 6.

Debitum

ἡμέτερον χρέος ἐστίν. ἐπεὶ νόμος ὀξὺς ἐπείγει
ἁγνοπόλου μετὰ τάρβος ὁμοῦ καὶ ἔρωτα θεοῖο
σωφροσύνης καθαροῖσιν ἐν ἤθεσιν αἰὲν ὁδεύειν,
καὶ τελέειν βίον ἁγνὸν ὁμῶς ἔπος ἠδὲ καὶ ἔργον,
στοργῇ τ' ἀμφιέπειν καὶ κύδεϊ συμμόρου εὐνῆς.

ζ. ἕβδομος αὖτε λόγος. κλοπίης ἀπὸ χεῖρας ἐρύκῃς
ἡμέτερον χρέος ἐστίν, ὅ θείη βούλετ' ἐφετμή,
σώζειν ἐν πραπίδεσσι θεοῦ σέβας, οὐδέ ποτ' ἄλλου
χρήματα κερδοσύνῃ τε βίῃ τ' ἀπονοσφίσασθαι,
ψευδαλέαις τ' ἀγοραῖς καὶ πρήξεσιν ἄμμιν ἐφέλκειν
ἀλλά οἱ ὀτραλέοις μετὰ κήδεσιν αἰὲν ἀρήγειν,
ὄφρα βίον καὶ κλῆρον ἀέξῃ τ' ἠδὲ φυλάσσῃ.

η. ὀγδοάτη δὲ νόμοιο θεοῦ δέος ἐστὶν ἐφετμή
μήποτε μαρτυρίῃ ψευδηγόρον εἰς τιν' ἐνίψῃς.
ἡμέτερον χρέος ἐστί. τὸ γὰρ νόμος ἐσθλὸς ἀπαιτεῖ,
δαίμον' εὐστόργῳ τε θεὸν φιλότητι σέβοντας.
ψευδέσι μὴ δολεροῖς τὸν πλήσιον ἄνδρα χαλέπτειν,
καὶ προδόμεν, γλώσσῃσί τ' ὀπισθοβόλοισιν ἀμύσσειν,
ἠδὲ κακηγορίῃσι δυσώνυμον αἶσχος ἀνάπτειν.
ἀλλὰ συνηγορίαις ἀπὸ δυσκλέα φῆμιν ἀμέρδειν,
εὖτ' εἰπεῖν, καὶ πάντα τρέπειν εἰς βέλτερον εἶδος.

θ. ἔννατος αὖ λόγος ἐστί, θεογράπτοιο νόμοιο,
μή πόθος ἀλλοτρίων μεγάρων σέο θυμὸν ἐρέχθῃ.
ἡμέτερον χρέος ἐστί, νόμου δ' ἄσπλητος ἀνάγκη,
αἰὲν ἔχειν περὶ κῆρι θεοῦ φόβον, αἰὲν ἔρωτα,
μηδὲ φιλοφροσύνῃ τεκνοτρόφον αὖλιν ἀδελφοῦ
καὶ λάχος ἀγρεύειν πατρώϊον, ἠὲ θεμιστῶν
ἰθυνόμων προφάσει σφετέροις κτεάτεσσι συνάπτειν·
μᾶλλον δ' αὖ σκοπέειν καὶ ἀρηγέμεν, ὄφρα τὰ μίμνῃ
ἔμπεδα καὶ σόα πάντα φίλου μετὰ δώματ' ἄνακτος.

ὕστατος

Debitum noſtrum eſt. Siquidem lex ſeuera ita vrget,
Secundum caſti Dei timorem & amorem
Semper in puris temperantiæ moribus incedere,
Et vitam caſtam tum quod ad verba tum quod ad facta exigere,
Amore etiam & honore lecti ſociam proſequi.
Septimum deinde verbum. A furto manus abſtineas. 7.
Debitum noſtrum eſt, quòd diuinum mandatum requirit,
Dei cultum in animis ſeruare, nec nunquam alterius
Opes vel fraude vel vi abalienare,
Falſisq́ mercibus & negociationibus ad nos pertrahere.
Sed ſedulis cum curis ſemper iuuare,
Vt victum & ſortem augeat & ſeruet.
Octauum verò legis diuinæ præceptum eſt. 8.
Nunquam falſum in aliquem teſtimonium pronuncies.
Debitum noſtrum eſt: hoc enim bona lex flagitat,
Timere ac pio amore Deum colentes
Non lædere hominem proximum mendacijs doloſis
Aut prodere, linguisq́ peſticis ſauciare
Et maledicentia infamiæ notam inurere.
Sed patrocinio noſtro dedecorem eius famam delere,
Benè de ipſo loqui, & omnia in meliorem formam conuertere.
Nonum hinc verbum eſt legis diuinitus ſcriptæ. 9.
Ne alienarum ædium cupido animum tuum incitet.
Debitum noſtrum eſt, rigidæ legis neceſſitate,
Semper timorem, ſemper amorem, Dei in corde habere.
Nec dolo benignam fratris domum
Aut hæreditatem paternam venari, aut iuris
Recti prætextu ſuis facultatibus adiungere.
Sed magis circumſpicere & opem ferre, vt illa maneant
Omnia firma & ſalua in chari domini ædibus.

Poſtremum

ι. ὕστατος αὖ μετὰ πᾶσι νόμου λόγος οὗτος ἐτάχθη,
μή ποτ' ἐπιμείροντι νόῳ ποτὶ σύγγαμον ἄλλου,
δώματ' ὀπιπτεύῃς, καὶ δμωάδα, καὶ βοτὸν αὐτοῦ,
ἄλλα θ' ὅσ' ἐκτὸς ἔχησι, καὶ ἕρκεος ἐντὸς ἐέργῃ.
ἡμέτερον χρέος ἐστί, νόμου κατὰ θέσκελον ὁρμὴν,
δείματι καὶ στοργῇ θεὸν ὑψιμέδοντα γεραίρειν,
μηδ' ἑτέρου νύμφην ὁμοδέμνιον, ἠδ' ὑποεργοὺς,
κτήνεά τ', ἐκσείσαντας ἑὸν ζυγὸν, ἀλλόσε τρέψαι·
ἀλλὰ παραιφάσθαι καὶ ὀτρυνέμεν, ὄφρα μένοντες
δεσποσύνην ὑπὸ τάξιν, ἑὸν χρέος ἀμφιπένωνται.

ΠΡΟΣΘΗΚΗ.

πασσῶν δ' ἐστὶ κορωνὶς ἔπος τόδε θεῖον ἐφετμῶν.
αὐτὸς ἐγὼ μόνος εἰμὶ θεὸς σέο, πάντα βραβεύων,
κάρτος ἔχων καὶ ζῆλον ὑπέρβιον, ὅσπερ ἀμοιβῆς
ἀνθρώπων κακότητα μετέρχομαι ὀξέϊ πλήκτρῳ,
ἄχρις ἐπ' ὀψιγόνων τριτάτην τετράτην τε γενέθλην.
εὖ ἔρδω δ' αὖ πᾶσιν ὁμῶς οἰκτίρμονι θυμῷ,
ἄχρις ἐς ἀπλήτων γενεῶν δρόμον ὀψιτέλεστον,
οἷς ἐμὰ φίλτρα μέμηλε καὶ ἁγνῶν πρῆξις ἐφετμῶν
τοῦ δὲ λόγου νόος ἐστί. θεὸς φοβερῇσιν ἐνιπαῖς
πᾶσιν ὑπερβαίνουσι νόμον, τίσιν ἐνθάδ' ἀπειλεῖ.
τοὔνεκα δὴ χρέος ἐστὶ κεραυνοβόλου μένος ὀργῆς
αἰὲν ὑποτρομέειν, καὶ ἀθέσμια πάντ' ἀλέασθαι.
καὶ πάλιν εὐμενίην τε καὶ ἔμπεδον ὄλβον ὑπέστη
πᾶσιν ὅσοι τηρεῦσι κελεύσματα ταῦτα νόμοιο.
τὸν δὲ θεὸν ἀμφαγαπᾶν, καὶ ἐπ' αὐτῷ πίστιν ἐρεῖσαι
ἡμέας χρὴ, νομικοῖς τε λόγοις ἐθελοντὶ πιθέσθαι.

ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΟ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΟΝ.

α. μέρος.

Σύμβολον αὐτ' ἐρέω πινυτῶν Χριστοῖο μαθητῶν

Poſtremum tandem omniū hoc verbū in ordine collocatū eſt.
Ne quando animo concupiſcente ad alterius vxorem,
Et domum, & ancillam, ac iumentum ipſius reſpicias.
Aliaq́ꝫ foris quæ habet, & intra ſepta continet.
Debitum noſtrum eſt, ſecundum diuinam legis impulſionem,
Timore & intima dilectione Deum altiregentem venerari,
Nec alterius nuptam lecti conſortem, & ſeruos
Iumentaq́ꝫ, iugo ſuo excuſſo, auertere alio:
Sed adhortari & cogere, vt manentes
Eo loco, quo herus conſtituit debitum ſuum officium exequantur.

APPENDIX.

Omnium autem præceptorum diuinum hoc verbū ſumma eſt.
Ego ipſe ſolus ſum Deus tuus, omnia gubernans,
Robore & zelo fortiſſimo præditus, qui vltionis
Verbere acuto improbitatem hominum inceſſo.
In tertiam vſqꝫ & quartam poſterorum generationem.
Et benefacio contrà omnibus pariter animo miſericorde,
Vſqꝫ ad ſerum innumerabilium ætatum curſum,
Quibus amor mei & ſanctorum mandatorū effectio curæ ſunt.
Huius verbi ſententia eſt. Deus terribilibus minis
Hic pœnam comminatur omnibus legem tranſgredientibus.
Ideò neceſſe eſt, vt fulminantis vim iræ
Perpetuò extimeſcamus, & omnia cum lege pugnantia vitemus.
Et contrà beneuolentiā ſuam & perpetuam felicitatē promittit
Cunctis, qui hæc legis præcepta obſeruant.
Quare Deum amare & in illum fidem firmiter collocare
Nos oportet, & verbis legis ſpontè obtemperare.

SYMBOLVM APOSTOLICVM.

I. Articulus.

Symbolum etiam cordatorum Chriſti diſcipulorum enarrabo.

πρῶτον μὲν μέρος ἐστὶ περὶ κτίσμου θεοεργοῦ.
εἰς θεὸν εὔστοργον γενέτην καὶ τέκτονα πάντων,
γαίης καρποτόκοιο καὶ ἀστερόεντος ὀλύμπου,
πίστιν ἐμὴν πραπίδεσσιν ἀκινήτοισιν ἰάλλω.
τοῦ δ' ἐπέων νόος ἐστὶν, ἐγὼ φρεσὶ κάρτα πέπεισμαι
ὅττι με παμβασιλεὺς μετὰ κτίσμασι πᾶσιν ἔτευξε
σῶμά θ' ὁμῶς ψυχήν τε καὶ ἄψεα πάντα σὺν αὐτοῖς,
καὶ νόον ἡγητῆρα καὶ αἰσθήσεις ὑποεργούς
θαυμασίως πόρσυνε, καὶ εἰσέτι σῶα φυλάσσει.
γυίων δ' ἀμπεχόνας, κρυμοῦ καὶ καύματος ἄλκαρ,
βρώμην τ' ἠδὲ ποτῆτα φυσίζοον, ἠδὲ καὶ αὐλὴν
σύζυγά θ' υἱῆας τ' ἐρατῶν βλαστήματα λέκτρων
καρποφόρον τε πέδον, καὶ κτήνεα σύμμορα μόχθων,
παντοίων τ' ἀγαθῶν κτέαρ ὄλβιον, ἄμμιγα πάντων,
ὧν ζωὴ καὶ σῶμα κατ' ἤματα πάντα χατίζει,
αὐταρκῶς χείρεσσιν ἀεὶ πληθέεσσιν ὀπάζει·
καὶ με περισκεπόων βλαβεροῦ ἠδὲ πήματος ὁρμὴν
πήχεσιν εὐφρούροις ἀπολοίγιον αἶσαν ἀμύνει.
καὶ τάδε μοι σύμπαντα χαρίζεται, ἤθεος ὁρμῇ
παγχρήστου πατρικῆς τ' ἐλεητύος, οὐδ' ἄρ' ἐμῇσιν
ἦρα φέρων ἀρετῇσι, καὶ ἔργμασιν ἄξια τίνων.
τοὔνεκ' ἐμὸν χρέος ἐστὶ, τόσων δωτῆρι γ' ἐάων
ὑμνῆσαι χάριν αἰὲν ἐπαινοτόκοις στομάτεσσι,
καὶ οἱ ὑπηρεσίην τελέειν εὐπειθέϊ θυμῷ
πιστότατος λόγος οὗτος ἐμοὶ καὶ κρήγυός ἐστι.

B. μέρος.

Δεύτερον αὖ μέρος ἐστὶν ἀλεξιμόρων περὶ λύτρων
πίστιν ἐμὴν σταθερῶς ἐπ' Ἰησοῦν Χριστὸν ἐρείδω,
μουνογενῆ φίλον υἱὸν ἀειζώοιο τοκῆος,
κοίρανον ἡμέτερον σωσίμβροτον, ὅν ῥα λοχείαις

θαυμα-

Prima pars eſt de diuina creatione.
In Deum beneuolum patrem & fabricatorem omnium
Terræ frugiferæ et ſtellati cœli
Fidem meam animo immobili ſigo.
Horum verborum ſenſus eſt, ego in pectore firmiter perſuaſum
Quòd me omniregens Deus fecerit cũ vniuerſis creaturis, (habeo
Et corpus pariter animamq́; & omnia cum illis membra
Et mentem ducem ac ſenſus miniſtros
Miris modis ſuppeditârit, & adhuc ſalua iſta conſeruet.
Amictum etiam membrorum, quo frigus & æſtus propulſantur,
Cibumq́; & potum quibus natura ſuſtentatur, atq; etiam ædes
Et coniugem, liberosq́; amabilis coniugij fructus,
Nec non ſolùm frugiferum & iumenta laborum conſortia,
Omnis deniq; generis bonorum beatum peculium, vnà cum o-
Quibus vita & corpus in ſingulos dies indiget (mnibus
Semper plenis manibus ſufficienter largitur.
Et me contra noxiæ calamitatis impetum ab omni parte tegens
Vigilibus brachijs fatum peſtiferum abarcet.
Et hæc omnia mihi gratis præſtat, impulſu affectionis
Benigniſsimæ, paternæq́; miſericordiæ, nec meis
Virtutibus indulgens & operibus digna perſoluens.
Ideò meum debitum eſt, tot largitori beneficiorum
Semper laudifico ore gratias decantare
Et obſequenti animo miniſterium præſtare.
Sermo hic mihi certiſsimus & verus eſt.

II. Articulus.

Altera dehinc pars eſt de ſalutari liberatione.
Fidem meam firmiter in Ieſum Chriſtum pono
Dilectum & vnigenitum æterni patris filium,
Dominum noſtrum ſalutiferum: quem partu

θαυμασίοις Μαρίη θεοπάρθενος, ἀνδρὸς ἄπειρος,
πνεύματος ἐξ ἁγίοιο κυΐσκετο καὶ τέκεν εἰς φῶς.
αὐτὸς δ᾽ αὖ δικάσαντος ἀλιτρονόοιο Πιλάτου
Πόντιον ὃν καλέεσκον ἐπώνυμον, οἰκτρὰ πεπόνθει·
σταυρῷ δ᾽ ἡλώθη, καὶ φοίνιον αἶσαν ἀνέτλη,
καὶ βίον ἐκπνεύσας ὑπέδω τάφον, εἰς δ᾽ ἀΐδαο
ἷξε δόμον, τρίτατον δ᾽ ἠοῦς μετὰ φέγγος ἐγέρθη
οἰχομένων κευθμῆνα λιπών, ἀνέβη δὲ πρὸς αὐλὴν
πατρὸς ὑπερσθένεταο, καὶ οἱ παρὰ δεξιὸς ἵζει·
κεῖθεν ἀνερχόμενος κρινέει ζωοὺς τε νεκροὺς τε.

Τῶν δ᾽ ἐπέων νόος ἐστίν· ἐγὼ φρεσὶ πείθομ᾽ ἀκάμ- (πτοις
ἰησοῦς ὅτι Χριστὸς ἐὼν θεὸς ἐκ γενετῆρος
γνήσιος ἀϊδίου, πάσης προγενέστερος ἀρχῆς
παρθενικῆς δ᾽ ἐτεὸς γεγαὼς βροτὸς ἐκ γενετείρης.
αὐτὸς ἄναξ ἐμός ἐστιν, ὅς ὀλλύμενόν με λύτρωσεν,
ἐκ δὲ πεδῶν κακίης, θανάτου τ᾽ ἐρρύσατο δεσμῶν,
καὶ σατανᾶο βίης ψυχάρπαγος, οὐκ ἀποτίνων
χρυσὸν κυδήεντα καὶ ἄργυρον, ἀλλ᾽ ἐρίτιμον
λύθρον ἑόν, καὶ πεῖσιν ἀναίτιον, ἠδ᾽ ἑὸν οἶτον,
ὃν πάθεν εἵνεκ᾽ ἐμεῦ, ἵνα οἱ κτέαρ ἔμπεδον εἴην,
αὐτοῦ τ᾽ ἀμβροσίοις ὑπὸ νεύμασιν ἐν βασιλείῃ
οὐρανίῃ μεθέπω βίον ἔνθεον, ἠδὲ λατρεύσω
νωλεμὲς οὐ λείποντι δικαιοσύνης μετὰ κόσμῳ,
παμφανίων, καθαροῖσί τ᾽ ἐν ἤθεσιν αἰὲν ὁδεύων,
ὄλβον τ᾽ οὐ μινύθοντα πεπαμμένος, οἷά περ αὐτὸς
κύδιμον ἐκ θανάτοιο μελάγχρος αὐχέν᾽ ἀείρας
αἰὲν ἐν ἀγλαΐαις ζώει, καὶ πάντα νομεύει.
ἀξιόπιστον ἐμοὶ τόδ᾽ ἔπος καὶ πάμπαν ἀληθές.

γ. μέρος.

τὸ τρίτον αὖ μέρος ἐστὶ θεουδέος ἀμφ᾽ ἁγιασμοῦ.

πίστιν

Mirando Maria Dei virgo, expers viri,
E Spiritu ſancto concepit & in lucem edidit.
Ipſe etiam iniuſto iudicante Pilato,
Quem prænomine Pontium vocabant, dira paſſus
Inq́; crucem clauis fixus eſt, & fatum cruentum ſuſtinuit.
Et vita exhalata tumulum ſubijt, inq́; inferni
Venit domum, & tertiam aurore poſt lucem excitatus eſt
Latibulis defunctorum relictis, & aſcendit ad aulam
Patris omnipotentis, & ad dexteram eius ſedet
Inde reuertens viuos & mortuos iudicabit.
Horum verborum intellectus eſt: ego conſtanti pectore credo
Quòd Ieſus Chriſtus, ex patre Deus
Verus æterno, omni antiquior principio,
Et verus homo ex matre virgine natus.
Ipſe meus ſit dominus, qui perditum me redemit
Et è peccati compedibus mortisq́; vinculis liberauit,
Ac Satanæ rapacis violentia, non rependens
Aurum & argentum honoratum: ſed precioſum
Suum cruorem & paſſionem immeritam, atq́; mortem ſuam,
Quam paſſus eſt pro me, vt perpetuum ſuum peculium eſſem
Et ſub nutibus ipſius diuinis in regno
Cœleſti vitam diuinam agerem, & inſeruirem
Perpetuò, ornatu iuſtitiæ non deficienti
Splendens, & ſanctis in moribus ſemper ambulans
Et beatitudine non decreſcente fruens: quemadmodum ipſe,
Glorioſam ex nigra morte ceruicem poſtquam extulit
Semper in ſplendore viuit & omnia regit.
Hoc verbum dignum mihi fide et prorſus verum eſt.

III. Articulus.

Tertium porrò membrum eſt de Sanctificatione diuina.

πίστιν ἔχων εἰς πνεῦμα θεόστολον, οἶδα βεβαίως
ἔκκριτον εὐσεβέων τιν' ἐμὴν καὶ σεμνὸν ὅμιλον
λαοβότον κατὰ γαῖαν, ὁμόκληρόν τε προπάντων
συμμορίην ἁγίων, καὶ ὁμοῦ λύσιν ἀμπλακιάων,
ἀνδρομέης δ' αὖ σαρκὸς ἀνάστασιν ἠδὲ μετ' ἄτας
τοῦδε βίου ζωῆς εὐδαίμονος ἄφθιτον ἦμαρ.
τῶν δὲ λόγων νόος ἐστίν. ἐγὼ τόδε πείθομ' ἀληθῶς,
ὡς οὐ μοὶ σθένος ἐστὶ, λόγου κατὰ σύμφυτον ὁρμὴν
φραδμοσύνην τ' ἰδίου, ποτὶ κοίρανον ἀμὸν ἱκέσθαι
Χριστὸν ἀερσινόοισιν ὁδοῖς, πιστός τε γενέσθαι,
ἀλλ' εὐαγγελίου μ' ἀγανοῖς θέλκτροισι βοῆσαν
εἵλκυσε πνεῦμα θεοῖο, καὶ οἷς λαμπρύνατο δώροις,
ἥγνισέ τ' ἠδὲ φύλαξεν ἐν ἤθεσι πίστιος ὀρθῆς.
ὡς καλέει πλατύνωτον ἀολλίζει τε κατ' αἶαν,
φαιδρύνει τ' αὐγῆσι καὶ ἁγνοπόλοισι καθαρμοῖς,
ἀπλανέος δ' ἀλύτοις ἐνὶ πίστιος ἅμμασι Χριστῷ
πάνθ' ὁμόθεν συνέχει θεοπειθέος ἔθνεα ποίμνης
ᾗ ἔνι μοὶ, καὶ πᾶσιν ἀληθέα πίστιν ἔχουσιν,
ἧς χάριτος μέτροισιν ἀειπλήρεσσιν ἰάλλει
ἀμπλακιῶν ἄφεσιν, καθ' ἑκάστην συνεχὲς ὥραν.
ὑστατίης δ' ὅτε φέγγος ἐλεύσεται ἠριγενείης,
ἐκ θανάτου ζοφόεντος ἀναστήσει μὲ, σὺν ἄλλοις
σῶμα φίλον προλιποῦσιν ἁπάντων δ' ἄμμιγα πι-
ζωῆς ἀενάοιο θεόῤῥυτον ὄλβον ὀπάσσει· (στῶν
πιστὸ; ἐμοὶ λόγος οὗτος ἐνὶ φρεσὶν ἠρήρεισται.

ΕΥΧΗ ΚΥΡΙΑΚΗ.

Εὐχῆς δ' ἠγαθέης ὅδε σοὶ τύπος, ὅν ῥα δίδαξε
κοίρανος αὐτὸς ἑοῖσι νοήμασιν οὐρανόπεμπτος.

πρόλογος.

ὦ πάτερ ἡμείων, ὃς ὀλύμπια δώματα ναίεις,

πάντα

Fidem nixam habens in Spiritu diuino, certò noui
Electum & ſanctum piorum quendam cœtum eſſe
Alma in terra, participemq́ omnium
Communionem ſanctorum, & ſimul peccatorum ſolutionem
Mortalis inſuper carnis reſurrectionem, & poſt noxas
Huius vitæ, æternum vitæ beatæ diem.
Horum verborum ſenſus eſt, ego verè hoc credo,
Quòd non mihi ſit facultas cognato impetu rationis
Propriæ & intelligentiæ ad dominum meum perueniendi.
Elatæ mentis via Chriſtum, & credendi,
Sed blandis me Euangelij illecebris vocans
Spiritus Dei attraxit, & ſuis donis illuminauit,
Sanctificauit, & in recta fidei affectione conſeruauit.
Vt per latam terram vocat & congregat,
Luceq́ ſua, & ſanctis purgamentis illuſtrat & mundat,
Ac in firmis rectæ fidei nexibus Chriſto
Omnes diuini gregis vnanimiter gentes continet.
In quo mihi, & omnibus vera fide præditis,
Menſura gratiæ ſuæ, ſemper plena, largitur
Remiſſionem peccatorum, vnaqualibet continenter hora.
Et cùm vltimæ auroræ lux veniet,
Ex morte obſcura me reſuſcitabit, cum alijs
Qui charum corpus reliquerunt: & vnà cum omnibus fidelibus
Deifluam æternæ vitæ beatitudinem donabit.
Hoc certum mihi verbum in pectore fixum eſt.

ORATIO DOMINICA.

Diuinæ pono orationis hæc tibi forma, quam docuit
Ipſe Dominus de cœlo miſſus ſenſibus ſuis.

Exordium.

O Pater noſter, qui cœleſtes ædes inhabitas,

πάντα νοῶν καὶ πάντ' ἐφορῶν καὶ πάντ' ἐπακούων.
ἐμφαίνει μὲν τοῦτο τὸ φροίμιον, ὅττι μενοινᾷ
θέλγειν τε δ' ἐνοπῇσιν ἄναξ φρένας, ὥς κε πίθωνται,
γνήσιον ὑψιμέδοντα θεὸν πατέρ' ἄμμι πέλεσθαι,
ἀψευδῆ τε θεοῦ γόνον ἡμέας, ὄφρα ἐ μεσοί
θάρσεος εὐψύχου μάλα πρόφρονες ἀντιάσωμεν,
οἷα φιλόστοργον κεχαρισμένα τέκνα γονῆα.

α. αἴτησις.

πρῶτος μὲν λόγος ἐστὶ καλεοσιβέοιο προσευχῆς
οὔνομα σεῦ ἅγιον τελέθοι καὶ παντόθι σεπτόν·
κυδρὸν ὁμῶς ὅσιόν τε διαμπερές ἐστι θεοῖο
οὔνομ' ἀρίζηλον καθ' ἑὴν φύσιν, ἔμπα γε δ' ἡμεῖς
σεμνοῖς τοῖς δ' ἐπέεσσι λιταζόμεθ', ὄφρα παρ' ἡμῖν
εὐαγέως πολέοιτο, λάχοι τ' ἐπιεικέα τιμήν.
εὐχὴ δ' ἥδε πέρας τόθ' ἑὸν κίχεν, οἷον ἐώλπει,
εἰ λόγος οὐρανόφαντος ἀκήρατον ἦχον ἰάλλει,
ἡμεῖς δ', οἷα φίλοισι θεοῦ τεκέεσσιν ἔοικεν,
ἀπλανέως πρὸς τοῦτον ὁδηγητῆρα κελεύθους
ἰθύνειν μελετῶμεν ἀρισφαλέος βιότοιο,
εἰς ὃ πάτερ σθένος ἄμμιν ὀλύμπιε θεῖον ὀπάζοις.
ὃς δὲ διδασκαλίης τε καὶ ἤθεος οἶμον ὁδεύει
ἀντίον οὐρανίου κηρύγματος, οὗτος ἀτίζει
θεσπέσιον κλέος, ἀλλὰ πάτερ τόδε τηλόσ' ἐρύκοις.

β. αἴτησις.

δεύτερος αὖ λόγος ἐστὶν ἀνωπετέος λιτανείης.
κοιρανίης δὲ τεῆς βασιληΐδος ὄλβος ἵκοιτο.
αὐτομάτοις ῥοθίοισι θεοῦ κλυτὸν οἶδε πελάζειν
σκῆπτρον ἀνακτορίης, βροτεώντ' ἀπάνευθε λιτάων·
αὐτὰρ ὅμως λιτόμεσθα, καὶ ἡμέων ἐγγύθι βαίνειν.
τῆμος δ' ἄρ τόδ' ἔγεντο τελεσφόρον, ἦμος ἀὐτὴν

ἔνθεον

Omnia intelligens, & omnia intuens, & omnia audiens.
Hoc exordium oſtendit, quòd cupiat
Deus his vocibus mentes demulcere, vt credant,
Deum altipotentem nobis verum eſſe patrem
Nosq́; verum Dei prolem: vt eum pleni
Animoſa fiducia valdè promti deprecemur,
Qualiter beneuolum dilecti filij parentem.

I. Petitio.

Primum autem verbum Deiuocantis orationis hoc eſt,
Nomen tuum vbiq; ſanctum ſit & venerabile.
Celebre ſimul & ſanctum perpetuò eſt Dei
Illuſtre nomen ſua natura: Sed tamen nos
Pijs his verbis precamur, vt apud nos
Sanctè verſetur, & dignum honorem ſortiatur,
Hæc autem petitio tunc finem ſuum quem ſperabat attingit,
Quando verbum cœlitus reuelatum ſyncerum ſonum emittit,
Et nos vt dilectos Dei filios decet,
Sine errore ad hunc viæ ducem iter
Lubricæ vitæ dirigere ſtudemus,
Ad quod cœleſtis pater diuinas nobis vires tribuas.
Qui verò doctrinæ & morum tenet viam
Contrariam cœleſti præconio, hic dehoneſtat
Nomen diuinum. Verùm hoc procul à nobis prohibeas pater.

II. Petitio.

Secundum hinc verbum ſurſum volantis orationis eſt,
Et dominationis tuæ regiæ beatitudo adueniat.
Spontaneis motibus proximare nouit inclytum Dei
Gubernationis ſceptrum, etiam ſine precibus humanis.
Veruntamen petimus, vt etiam prope nos veniat.
Tunc autem hoc perfectum datur, quando ſtatum

ἔνθεον οὐράνιος ταμίης πραπίδεσσιν ἐνῆκεν,
ὡς αὐτοῦ ζαθέῃσιν ὑπ' ἐννεσίῃσιν ἀρωγῆς
μύθῳ πιστεύωμεν, ἀμωμήτως τε βιῶμεν,
τουτθὸν ἐπὶ χρόνον ἔνθα, καὶ ἔμπεδον αἰὲν ὀπίσσω.

γ. αἴτησις.

ὀζείης δὲ πέλει τρίτατος λόγος οὗτος ἐπευχῆς·
σὴ κραίνοιτο θέλησις ἐπὶ χθονός, ὡς ἐν ὀλύμπῳ.
εὔγνωμόν τ' ἀγαθόν τε θεοῦ βούλημα τελεῖται,
εἰ καὶ μηδὲν ὅλως αἰτίζομεν· ἀλλὰ καὶ οὕτω
λισσόμεθ', ὡς θέμις ἐστὶ, παρ' ἡμῖν ὄφρα γένοιτο.
τηνίκα δ' εὐσεβέως τὸ περαίνεται, εὖτε κολούει
πάντα κακοφραδέων θεὸς αἴσυλα μήδεα βουλέων,
αἳ ζαθέης ἁγιασμὸν ἐρυκανόωσι γενέσθαι
κληδόνος, ἡγεσίην τε θεοῦ μερόπεσσιν ἐπελθεῖν·
οἵη ἔφυ σατανᾶ, κόσμου, καὶ σαρκὸς ἐρωή·
ἀλλ' ἥ μιν ἀῤῥήκτον ἄγῃ σθένος, ὄφρα μένωμεν
νωλεμὲς ἐμπεφυῶτες ἑῷ ζωαρκέϊ μύθῳ,
πίστει τ' ἀγχιθέῳ, βιοτῆς πέρας ἄχρις ἱκάνειν.
τοῦτο θεοῦ σεμνόν τε καὶ ἤπιόν ἐστι θέλημα.

δ. αἴτησις.

Κυριακῆς δ' αἴτημα τὸ τέτρατόν ἐστι προσευχῆς.
ἄρτον ἐφήμεριον πόρε σήμερον, ἄρκιον ἡμῖν.
πᾶσι μὲν ἐκ προχέει βιότου μενοεικέος αἶσαν
οὐτιδανοῖς μερόπεσσιν ἄναξ, καὶ νόσφι λιτάων·
ἀλλά μιν αἰτούμεσθα, νοήμονα πυρσὸν ἀνάπτειν
ἐν φρεσὶν ἡμετέρῃσι, βιαρκέος ὡς δόσιν ἄρτου
γνώομεν, εὐφήμοισι δ' ὁμοῦ χαρίτεσσι λάβωμεν.
ἄρτος δ' αὖ λέγεται βιοτήσιος ἄμμιγα πάντα
ὧν μογερῶν χρήζουσι βροτῶν δέμας, οἷα πέλονται
βρῶσις ὁμοῦ πομάτεσσι, καὶ εἵματα, καὶ σόος οἶκος

κτήμασι

Diuinum mentibus immittit cœleſtis diſpenſator.
Vt diuino inſtinctu auxilij ipſius
Verbo credamus & piè viuamus
Pauxillum hîc ad tempus, & perpetuum deinceps.

III. Petitio.

Tertium autem in ſerie precationis verbum hoc eſt.
Perficiatur voluntas tua in terra vt in cœlo.
Propitia & bona Dei voluntas ſit,
Etiamſi omninò nihil petamus, ſed & ſic
Rogamus, vt fas eſt, apud nos vt fiat.
Tunc autem hoc piè efficitur, cùm infringit
Deus omnia impia malarum voluntatum conſilia,
Quæ prohibent fieri ſanctificationem diuini
Nominis, regnumq́; Dei ad homines venire.
Qualis eſt Diaboli, mundi & carnis libido.
Sed infragile nobis robur affert, vt maneamus
Perpetuò inhærentes verbo ipſius ſalutari,
Et fidei diuinæ, donec ad vitæ terminum peruenitur
Hæc eſt ſancta & benigna Dei voluntas.

IIII. Petitio.

Cæterùm quarta orationis petitio eſt:
Panem quotidianum & ſufficientem nobis ſubminiſtra.
Effundit quidem almi victus partem cunctis C hodie
Deus vanis hominibus, & ſine precibus.
Sed oramus ipſum, vt facem intelligentiæ accendere velit
In mentibus noſtris quo ſufficientis donum panis
Cognoſcamus, & cum pia gratiarum actione accipiamus.
Panis autem vitalis nominantur promiſcuè omnia
Quibus ærumnoſorum corpus hominum indiget, vt ſunt,
Cibus & potus, & veſtimenta, ac domus ſalua

Cum

κτήμασι σὺν πάντεσσι, καὶ ἀγχιμέλαθρος ἀλωή,
ἀγρός τ' εὐσταχύων, καὶ θρέμματα, σύν τ' ἐρατεινοῖς
χρήμασιν αὐτάρκης πλούτου ῥόος, ἠδὲ σαόφρων
ξυνέτις οἰκουρός τε, καὶ εὐβλάστων σπόρος υἱῶν,
οἰκῆες τ' ἀγαθοί, πιστοὶ καὶ ἐχέφρονες ἀρχοί,
σκήπτρων θ' ἡγεσίη λαοσσόος, εὔπνοος ἠήρ,
εἰρήνη κούρων ἀγαθὴ τροφός, ἠδ' ὑγιείη
γυιοβότος, ζωῆς τ' ἀρετὴ σέλας, ἠδὲ καὶ αἰδώς,
καὶ τιμῆς γέρας ἡδύ, καὶ ἐσθλῶν ἀριθμὸς ἑταίρων,
πιστοί τ' ἀγχίθυροι, καὶ χρήσιμα μητιόωντες,
ἄλλα τε τοῖσιν ὁμοῖα, βιοσσόος ἄρτος ἀκούει.

ε. αἴτησις.

Πέμπτη δ' ἱκεσίη θεοτερπέος ἐστὶν ἐπευχῆς,
λῦσον ὑπερβασιῶν ὑμῖν χρέος, ὥσπερ ὀφειλὰς
αὐτοὶ χρειωστῆσιν ἀφίεμεν ἡμετέροισι.
τῇ δ' εὐχῇ λιτόμεσθα φίλον πατέρ' ἔνδον ὀλύμπου,
μὴ σκοπέειν κακίης ἀδινὸν βάρος, οὐδὲ δι' αὐτὴν
ἀρνεῖσθαι μινυρῆς ἱκετήριον ἦχον ἐπευχῆς.
οὐ γὰρ δή τινός ἐσμεν ἐπάξιοι, ὧν δεόμεσθα·
μᾶλλον δ' ὁρμαίνῃ σφίσι προίκιον ὄλβον ἀνοίγειν
ἧς ἐλεημοσύνης πρηΰφρονος· ἦ γὰρ ἑκάστῃ
πολλὰ μάλ' ἀφραδέως ἀλιταινόμεθ', ὅσσα δ' ἔοικεν
ἔργμασιν ἡμετέροις πολυδάκρυές εἰσι κολασμοί.
τοὔνεκεν εὐμενέειν τε, καὶ ἄρμενα πάντα τελέσσαι
βουλόμεθ' αὖ πάντεσσιν, ἑτοιμοτάτῃσι μενοιναῖς,
οἵ ῥ' ἡμᾶς ἀλίτοντο καὶ ἤκαχον ὕβριος ἔργοις.

ς. αἴτησις.

Ἕκτη δ' αὖτε βοὴ λυσαχθέος ἐστὶ προσευχῆς
μηδ' ἡμᾶς ὀλοοῖς ὑποκάββαλε πειρασμοῖσιν·
οὐδένα πειράζει θεὸς ἤπιος. ἐνθάδ' ἄρ' αὐτὸν
εὐχόμεθ',

Cum omnibus facultatibus & coniuncta ædibus area,
Agerq́ꝫ fertilis & pecudes, cumq́ꝫ amabili
Pecunia ſufficiens diuitiarum copia, & caſta
Sedulaq́ꝫ vxor, & felicium ſatus liberorum,
Serui probi, fideles & cordati magiſtratus
Sceptrorum ſalutaris principatus, commodus aër,
Pax benigna liberorum nutrix, & ſanitas
Alma, vitæq́ꝫ lux virtus & reuerentia
Ac dulce honoris præmium, & bonorum amicorum coniunctio,
Fidelesq́ꝫ vicini & benè nobis cupientes,
Atqꝫ alia his ſimilia panis almi appellatione continentur.

V. Petitio.

Quinta deinceps Deo acceptæ orationis petitio eſt.
Tranſgreßionum nobis debitum condones, vt æs alienum
Nos ipſi debitoribus noſtris remittimus.
Hac prece rogamus amicum in cœlis parentem
Ne immenſam peccati molem ſpectet, neqꝫ propter illud
Supplicem querulæ orationis ſonum abnuat:
Non enim vlla re digni ſumus quam petimus.
Sed vt potius velit aperire nobis gratuitum theſaurum
Manſuetæ ſuæ miſericordiæ. Nam ſingulis diebus
Multifariam ſtolidè peccamus, & quæ conueniunt
Operibus noſtris, lacrymoſa ſunt ſupplicia.
Ideò ignoſcere, & commoda quælibet præſtare,
Animis promtißimis contrà volumus cunctis,
Qui iniuriæ factis nos offenderunt & contriſtarunt.

VI. Petitio.

Sexta porrò vox liberatricis precationis eſt:
Nec exitioſis nos ſubijcias tentationibus.
Neminem mitis Deus tentat: verùm hîc eum

Rogamus

εὐχόμεθ᾽, ὡς ἡμᾶς, κρατερὴν περὶ χεῖρα τανύσσας,
φρουρῇ τ᾽, ὀρθοβάτοισί τ᾽ ἐπ᾽ ἀτραπιτοῖσι φυλάσσῃ,
μηδ᾽ αἵμων κακόβουλος ὁμοῦ κακοεργέϊ κόσμῳ
σαρκί τ᾽ ἀλιτρονόῳ, σφετέραις ἀπάτῃσιν ἐλαύνῃ
εἴς τιν᾽ ἀπιστίης ζόφον οὖλον, ἠδ᾽ ἀπονοίης
εἰς λύγρον ὀξυμόροιο, καὶ αἰνῶν αἴσχεα λωβέων·
ἢν δ᾽ ἄρα πειρασμῶν τοίοις κύρσωμεν ἀέθλοις,
νίκης ὄψιμον εὖχος ἀριστεύουσιν ἑλέσθαι
πορσύνοι, κρατεροῖσιν ἑῆς τεύχεσιν ἀρωγῆς.

ζ. αἴτησις.

ἑβδόματον δ᾽ ἱκέτευμα βαθύφρονός ἐστιν ἐπευχῆς·
ἐκ δὲ κακοῦ γενετὴρ σέο νήπια τέκνα σάωσον.
τῇ δ᾽ ἄρα συλλήβδην ἱκετεύομεν, ὥς σφέας ἄτης
ἐκ πάσης ῥύοιτο πατὴρ κλειδοῦχος ὀλύμπου,
ἢ δέμας, ἢ ψυχὴν δηλαίνεται, ἤ τε χαλέπτει
κτήματα, καὶ τιμῇ συγερώνυμον αἶσχος ἀνάπτει.
μοῖρα δ᾽ ὅτ᾽ ἐσχατίην θανατηφόρος ἤγαγεν ὥραν,
ὄλβιον οἰχομένοισι πόροι τέλος, εὔφρονι πομπῇ
εἰς ἑὸν οἶκον ἄγων, στοναχῶν ἔκτοσθε βερέθρου.
Αμὴν. τῇ δ᾽ ἄρ᾽ ἐμοὶ παρακέκλεται ὕστατον αὐδῇ
Χριστός, ἀναμφήριστον ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο πιθέσθαι,
ἀρέων τῶν δ᾽ ἐνοπὴν εἰς οὔατα κεδνὰ περῆσαι
οὐρανίου γενέταο, καὶ οἱ κεχαρισμένον εἶναι.
αὐτὸς ἐπεὶ δὲ τάξεν ἀριφραδὲς ὧδε λίτεσθαι,
καὶ πισταῖς κατένευσε λιταῖς πεποθημένα ῥέζειν.
Αμὴν, ἐμπεδόμυθος, ἀμὴν, λόγος ἐστὶν ἐπευχῆς,
σημαίνων, ναί, ναί, τόδε μοι τετελεσμένον ἔσται.

ΤΑ ΑΓΙΑ ΜΥΣΤΗΡΙΑ.

Ταῦτα δέ σοὶ Χριστοῦ μυστήρια δοιὰ πέλονται,
Βαπτισμός, καὶ δεῖπνον δ᾽ λοχρίστοιο τραπέζης.

Rogamus vt nos valida circum extenſa manu
Cuſtodiat, & in rectis vijs conſeruet,
Ne maleuolus Dæmon cum malefico mundo
Carneq; ſcelerata, ſuis impoſturis nos abigat
In pernitioſam aliquam incredulitatis caliginẽ & deſperationis
Mortifera in laqueum, ac tetrorum flagitiorum turpitudines.
Si verò in huiuſmodi tentationum certamina inciderimus
Tandem fortiter rem gerentibus victoriæ gloriam reportare
Validis auxilij ſui armis donet.

VII. Petitio.

Septima deniq; petitio orationis ex profundo corde profectæ
Sed à malo pater filios tuos infantes eripe. (*eſt,*
Hîc ſummatim ſupplicamus, vt nos calamitate
